

VICTOR ET FIDELIS





Jacobi Gualle Jure-
consulti Papie
Sanctua
rium.

A

Paulus Morbius cōciuibus Papiēsibus. S. P. D.

Uidi nuper summoq; studio plegi optimi cōciues: aureum hoc profecto diuinūq; opus cōfraternitati nr̄e a Jacobo Gualla iurecōsulto excellētissimo paucis diebus ante eius obitū dicatū. Cuius qdē lectio quāta me leticia voluptateq; affecerit: vix vobis exprimere possem. Offendi eni; in eo res ,ppe īfinitas maximi certe faciūdas: quibus nunq; vrbē nostrā dotatā ornatāq; esse existimassem. Audierā sepenumero a teneris vsq; annis 7 a parentibus: 7 a natu grādiorib9 patriam nostrā inter ceteras Italie vrbes antiquissimā nobilissimāq; esse: at sanctorum reliquijs nec ipsi Rome inuidere: s; tamē eius originē ac nobilitatem queq; reliquie essent he: quibusq; in tēplis iacerent: hi mihi preter paucas nulli ignotas narrare nesciebāt. Que res me hercule efficiebat: vt eorū oratiōi parum fidei haberē;. Nūc vero sociorum meorū exhortatiōe Gualla noster: 7 mihi 7 vobis: siqui vestrū opinionis extiterūt mee: omnē de hac re dubitationē penitus e mente eradicauit: euulsitq; omnino. Na; 7 Papie primordia 7 sacras eius reliquias adeo suis scriptis celebrauit: qd eis non credere nephas esset maximū. Quāobrem cū mihi minime sit dubiū vestrum vnūquēq; harū rerum noscendarum miro desiderio teneri (alioqn enim patrie vestre minime amātissimos ducerem) liber hic vt quāprimū ederet: omni studio curaui. Hilari igit frōte vrbis nr̄e diuinū sanctuariū: mea vobis cura ipartitū accipiatis veli;. Eius autē autori ac Joānifrācisco Picio artiū scholari: qui ad cōmodū nostrum ipsum in capita 7 libros diuisit: eaq; qua potuit diligētia reuisit: quātū debeamus vestris sentētijs iudicādū relinquā. Sed ne pluribus vos ab huius aurei operis lectione: animos vestros mihi credite: quāplurimū oblectatura remorer d his hactenus. Ualete. Papie. Kal. Sep. M. D. V.

Presbyter Bartholin9 Georgi9 de scō Saluatore Mōtisferrati Reuerēdo i X̄po prī Joāni Geōgio Cleri papieñ. Primicerio. S.

Immensus me hortatur amor quo te cōplector reuerēde primicerie: vt de libris Jacobi Gualle iuris cesarei ac pontificij interpretis optimi ad te scribere non ve-

rear. Quos vel vtiles tibi vniuersoq; clero: vel saltem nō iniucundos fore spero. Nā quātomagis magisq; cogito: nihil p̄stabilius i rebus humanis iuenit: nihilq; diuinius q̄ꝫ ꝓdesse multis. Nos enim interlegēdo tot p̄sules ticinenses: tot sanctoꝝ reliquias: totq; regū antiquoꝝ noia tādiu occultata iuenies. Amicoꝝ hortatu ipsos lubens ꝑcurri: q mihi frugiferi apprime visi sunt: vt nihil hactenus ad clericoꝝ ac laycoꝝ oium eruditionez (absit ois liuor) ꝯpēdiosius: ac vtilius editū ītuear. Ne pigeat igit Jacobū nrm imitari: q oratoꝝ atq; clarissimoꝝ hystoricoꝝ sua solida vera animiq; virtute sibi ꝑpetuū glorie sempiterne nomē assumpsit. Est qdē ꝓculdubio quedā sibi sciētiaꝝ dignitas: generosum quoddā: ac vere nobilitatis decus: vt neq; hac nr̄a i vrbe (oium pace dixeriz) in arte dicēdi forte peritior iueniri possit. Tātuz hoc vno miꝝ imodū eloquētie virtutisq; post eius iteritū fulgēt exēpla: vt oē dicēdi trāscēdāt eloqū: q Theophrastus: Demostenes: aut Cicero: aut alius flagrātissimus eloquētie fons in eaꝝ narratōe deficeret. Jn ore sepe erant illi Jacobo diuus Augustinus: Hieronymus: Gregorius: Thomas: sacre romane ecclesie doctores: aliorūq; virorū: p̄ter ius cesareū ac pontificiū tāta familiaritas tātaq; expedita recitatio: q nō taz meminisse q̄ꝫ legere videretur. Gratulamur igit oēs igenio tāti viri: quo sancti illustrantur ep̄i papiēses: quo clare notificantur reliquiarū sanctarū sedes: quo ticinēsiū regū ātiquoꝝ noia diu obūbrata elucescūt. Q̄ď cū ita sit: necnō iudicamus maxima dignū esse laude Paulū morbiū: ciuē papiēsez: viꝝ ꝓfecto liberalissimū: qui ꝓ summa ticinēsis reipublice gloria: ꝓ cōiue oiuz vtilitate ꝓpriis expēsis hoc opus voluit Papie ipressuz fuisse. Quapropter gr̄as huic agere debemus imortales: q tot ⁊ tāta munera dignatus ē nobis ipartiri. Uale totius cleri decus Papie ex penatibus sci Gabrielis: quarto kal. Octobris. 1505.

Jdem Senatui Papiensi. S.

Turpius in mundo nihil o reuerende Senatus
 Esse viro ingrato seu muliere potest.
Jngratus patrem: patriam: diuosq; supremos
 Negligit: officij nec meminisse solet.
Jn cineres labi haud est passus Scipio Romam:
 Sed cineres tanti non habet illa viri.

Eloquij splendor Cicero clarissimus ille
Pompilij ingrati proditione perit.
Ingratas queritur thebas res ipse licurgus
A patria ciues quem pepulere truces.
Exegit cypri Solon depulsus athenis
Extremum vite vir probitate grauis.
Hanc vitij labem cupiens vitare Jacobus
Gualla: tibi mentis dulce reliquit opus.
Omnia pretereunt: sed stant probitatis honores.
Tempore cuncta cadunt: gloria sola manet.
Hunc colit: extollit: veneratur Roma secunda
Guallam: cui magnum restat in orbe decus.
Vale.

Jacobi Gualle iureconsulti Sanctuarij
Papie librorum sex

Capita primi libri.

Secundi libri.

Tertij libri.

Quarti libri.

Quinti libri.

Sexti libri.

Finis.

Jacobus Gualla Jurecõsultus prefectis Hospitalis Papie. S.

Petijstis a me nonnũquaꝫ patres optimi: vt primordia vrbis nostre reliquias: ac corpora sanctorum: resqꝫ alias quãplurimas memoratu dignas: que hac in nostra patria existunt: scriptis meis illustrarem celebrarẽqꝫ. Ego vero ⁊ si inscius nõ eram: quãti laboris hec prouincia esset futura: eamqꝫ viruꝫ maiori eloquentia maioriqꝫ rerum humanarum cognitione preditum exposcere: attamẽ ob meaꝫ in vos obseruantiaꝫ: patriãqꝫ nostrã pietatem: desiderio vestro morem gerendum censui. En igitur vobis: que ex varijs virorum clarissimorũ monumentis mira diligẽtia: studioqꝫ incredibili collegi. Habetis modo patres Gualle vestri opera: quo ocium nacti vos oblectetis: summãqꝫ capiatis voluptatem. Uobis enim ingenue polliceor: quod si in libri huius lectione versabimini: eam animis vestris quãplurimas temporũ varietates fortuneqꝫ vicissitudines suppeditaturã esse. Ex ea igit̃ hilari vultu amoris mei erga vos vrbemqꝫ nostram pignus ⁊ monumentum accipite. Quod quidem si non ea elegantia eoqꝫ candore expolitum inuenietis: ac forte expectabatis: cuꝫ operis magnitudini: tum temporis breuitati id asscribatis veliꝫ. Ualete ⁊ Gualle vestri beniuolentissimi Papie Junij mense. M. D. V.



Jacobi Gualle iurecōsulti Sāctuarij Papie prefatio.



Apud multos dubitari solet: an papie tot sanctorū reliquie suū habeant domiciliū: qm̄ eos latet: vnde prodierint: ab quibus delate sint: ⁊ qui demuz ipsi vrbi munus tā eximiū cōtulerit. Ea rōne minori veneratiōe colūtur: adeo q̄ nōnulli etiā eiusdez vrbis incole: illud tā preciosuz ante suos oculos

positū thesaurū:tot indulgentijs: tot muneribꝰ: tot celestibꝰ donis affluētem:cecis oculis sepius ꝑtrāsire videnť: in cuius deuotionē oium mortaliū mētes deberēt ꝓmoueri.. Ne eoꝝ igiť sanctorum: qui in excelsa eterne felicitatis celi arce principatū tenentes: apud vberrimū oiuꝫ bonorū dei fontē ꝓ nobis supplices assistūt: huiuscemodi ignorātia grarū fluuijs careamus: hoc opusculo patenter ostēdeť:quibꝰ sacris in tēplis venerāde ipse celitū reliquie quiescāt: qui vita:⁊ miraculorū claritate:inter sanctos a summis pōtificibꝰ referunť:⁊ qua precipua regia religiōe:ac diligētia:magnaqꝫ ipēsa vrbs ipa eo celesti munere doneť. Nā apud Papiā vrbē a preterfluēte ticini amne ātiquioribꝰ seculis ticinū vocatā: ꝯstat lōgobardorum regiam sedem constitutam esse: teste fratre Jacobo aquensi in sue peruetuste imaginis mundi cronice parte secūda: cuius quidem verba hec sunt. Aripertus Rex sepelitur in Papia que inter alias ciuitates Longobardie: de honore regio fuit magis honorata:q᷑ semper sedem Regni habuit:tam virorum:q̄ꝫ mortuoꝝ Regum longobardorum. Papiam quoqꝫ longobardorū regiam fuisse sedem refert Paulus longobardoruꝫ verus hystoricus etiā ab Eusebio: Mathei palmerij tēporibus scribitur. Platina iteꝫ cremonēsis iuitis atqꝫ pōtificū frater heremitanꝰi suo cronicaꝝ suplemēto idē testanť. Rhodobaldi aūt presulis ticinēsis cronica: edita āno salutis Millesimo ducētesimo sexto:⁊ trigesimo stupendū ꝯtinet numeꝝ inferiꝰ anotatū:sanctoꝝ corpoꝝ:sacrorūqꝫ tēplorū:que:⁊ ab quibus regibus sint erecta. Ipsi nāqꝫ lōgobardorū reges:qui veluti fulmina belli:totā armis italiā strenue superarūt:ob suā in papiā tā ingēteꝫ amoris flāmā:quas summi pōtifices:⁊ christianissimi imꝑatores: ex vniuerso terrarū orbe sanctorū reliquias magna magna diligētia romā detulerūt:⁊ alias glorioso martyrio ibidē coronatas: Roma: Rauena:atqꝫ Sardinia:ad ipsaꝫ suā sedē suꝑ cūctas magnifice decorādā deferētes:antiq̄s repleuerūt Basilicas atqꝫ Sacella:miro ornatu:multisqꝫ fūdata p̄dijs: vbi sacerdotes ⁊ clerici ab eis fuerūt istituti:ꝓprieqꝫ etiā filie virgines ibidē ꝯsecrate die noctuqꝫ diuina officia celebrātes. Que qdeꝫ Basilice nō regio:at snō salutis crucis ✠ insigne sunt insignite:quo solo veri christiani letātur:eterno deo:cui soli debeť:oēꝫ dātes honorē ⁊ gloriā. Nā cetera seculi isignia:q̄ regnāt i hac misera tēpoꝝ fece:ꝓuer-

sitate mor͂u:hoimq; pfidia:fumus:aerq; sunt:atq; flagitia. Plures ẽt in ipsis suis Basilicis phibuerunt regia sua (vt solet) erigi sepulcra:marmore eburneo coruscãte:mirabili artificio oculis spectãda mortalibus:cũ eoꝝ isignijs:Statuis:seu lr̃is:que i oĩ euo:suã renouarẽt memoriã:ꝛ vrbis nobilitatẽ:asserẽtes id solũ deberi relatis inter sanctos:q vita:ꝛ miraculis claruissent:ꝛ nequaꝗ̃ coꝝ corporib⁹ oi labe putrescẽtib⁹. O felicẽ Regiã religionẽ:sub celo apud Pricipes:ꝛ ceteros rarissimã:magna laude cũctis seculis memorandam:quã tẽpore diei nouissimi q laudatores ꝛ cultores dei a laudatorib⁹: ꝛ cultorib⁹ seculi:horrẽdis angeloꝝ gladijs scindent: deus dominator oiu; i excelsis eterne glorie sedib⁹ cũ Pricipib⁹ Celi colocabit. Est igit̃ nõ solũ regũ corpoꝝ at potius Regis celestis thesauri sanctaꝝ.s.reliqaꝝ sedes Papia. Nõ ab re ergo:lõgobardis papiẽsib⁹ venie gratia Romã pficiscẽtibus Romani dicere solent:eos domi romani habere:ꝛ alibi eã querere. Nã que sanctorũ corpa noie celebrata sint delata Papiã:ꝛ que rome relicta. Huius qdẽ rei veritas est i luce:qm̃ eaꝝ puetuste vrbiũ cronice:claꝝ exhibent testioniũ. Ad dei igit̃ oipotẽtis laudẽ:sueq; itemerate Marie virgis matris:diuorũq; Hieronymi:Augustini:Syri: ꝛ ipsorũ sanctoꝝ:quare dei clemẽtia vrbs ticinẽsis p̃ceteris ta; mirifice tot tãtisq; sacris decoret̃ reliqis:ꝛ ab qb⁹ ipse relige sint Regib⁹ papiã dlate:Regijsq; tẽplis tradite:qb⁹ ve meritis celestẽ ascẽderit arcẽ: iuxta sacras eoꝝ hystorias puetusto scripto relictas: vñ dillucida; sũpsi veritatẽ p singula tẽpla:vbi eoꝝ sacre ta; delate:ꝗ̃ nõ delate relige tumulãt̃:ex ordine iseri⁹ anotabit̃:ꝛ demũ de magna ipsi⁹ Vrbis ãtiqtate. Verũ iprimis de sanctissimo pr̃e Syro exordiemur:ceterisq; illustrib⁹ viris ticinẽsib⁹ sanctis.s.põtificib⁹:q.p sue vrbis salute:quã post deũ vita ppria cariorẽ habuerũt: sub Christi vexillo papie magna diui patris Syri sanctitate erecto:mirãdis virtutib⁹ vsq; in vite finẽ strenue militarũt:ꝛ qb⁹ ticinẽsis populus multũ d;: ꝛ demũ de sacris tẽplis eorũ sanctitate erectis:vbi seruant̃: atq; colunt̃. Atq; etiã de Inclytis Regib⁹ suis Longobardis:qui iuxta celestem eiusdem diui patris Syri de futura vrbis ticinensis exaltatione:prophetiam statim subsequentem: diuino nutu: ab extremis montibus venientes:ꝛ strenua virtute eam adimplentes: stupendo sanctarum reliquiarum thesauro: magnisq; ꝛ magnifice extructis

celeberrimis templis: atq; zenobijs: alijsq; preclaris: suo tempore Papiam illustrarũt: presenti (vt superius habetur) patebit opusculo. Sanctuarium (quidem Papie) visuz est intitulare: ab mee in cunctis pusillo ticinensi doctore Jacobo gualla maiestate celesti suggerente contextum: his tantum tribuendum: quorũ religiosus spiritus: eius lectione in earum sanctarũ Reliquiarũ veneratione accenditur. Non autẽ his: qui graui supercilio: tamq; fastidiosuz cibum ↄtemnẽtes: solent de alijs iudicare: ⁊ ipsi nihil facere. Nũc autem in sanctissimo dei nomine cuius adiutorij gratiaz ipse pusillus: ⁊ infirmus pie inuoco ad hãc tam sacraz tamq; magnam narrationez: ne deficiam vsq; ad rei ↄsumationẽ iuxta dillucidã veritatẽ: qua cuncta scripta relucere soluẽt: opusculũ ip̃m aggrediar.

Jacobi Gualle iureconsulti Sanctuarij Papie. Liber I

De sancto Syro. Capitulum I





Syrus Uir diuinus: scitate mirabilis: ⁊ christiana doctrina clarissimus: q ap̃d Ticinũ Christi vexillũ primus erexit: quẽ alij fuerunt natione gallileũ: ⁊ illuz fuisse pueruz: ab quo Saluator quinq; accepit pisces pro refectõe quinq; milliũ hoiuz: alij ex patria Aglegiensi ꝓdijsse. vt cũq; sit: ↄstat eũ claruisse tempore apostoloꝝ: ⁊ in eorum scola eruditum christiana doctrina. Fuit itaq; pater hic (sua sacra teste hystoria) q emersit a preclaro fonte maiestatis diuine a Christo. s. in Petrum a Petro: in Marcũ a Marco:

in Hermagoraz Petri ordinatione Aqlegie episcopuz. Quo viri gente: Syirus eiusdez precipuus discipulus futurus pater ticinensium: predicandi gratia Ticinum veniens: in itinere apud Veronã filium vidue a mortuis suscitauit. Qua miraculi claritate: cum filio atqz multis alijs ipsa vidua ad fidẽ Christi est cõuersa. Cuz autem Ticino proximus esset: populus ticinensis diuino quodaz incensus spiritu obuiam sanctissimo Syro properans: altis ad sydera vocibus personabat: Ingredere: Ingredere: Pater desiderabilis: reuoca errantes: doce imperitos: libera quos captiuos crudelis detinet hostis: tuisqz nos salutaribus institutis informa: ⁊ trãsfer nos in cetum veri dei: vt cognoscamus quez veruz deum oporteat adorare. Qui sanctissimus pater: dum ticinensem vrbẽ ingrederetur: tam ingenti radiabat celesti gratia sacris attestantibꝰ scriptis Pompeij eiusdem successoris: et discipuli: vt cuncti valitudinarij: solo sui pallij: tactu: cũctis langoribus liberarentur. Vir autem diuinus ad veram fidẽ tam grandem videns populi feruorez: manus in celũ eo intuens: refertus prophetie spiritu: hanc Ticinensibus futuram prophetauit felicitatem. Delectare gaudijs gloriosa vrbs Papia: quia veniet tibi ab extremis montibus exultatio: nec minima in finitimis ciuitatibus vocaberis: sz copiosa. Veh tibi Aquilegia: cũ impioruz manus incesseris: destrueris: nec vltra edificata consurges: ⁊ sane illud diui patris Syri vaticiniuz fuisse in celo eterno numine stabilitum: comprobat primo eiusdez sanctissimi viri saluberimus aduentus: vnde prima: ⁊ maior salutis exultatio: seu exaltatio ticinensi populo est exorta: omni laude celebranda. Nam vir ipse apostolicus: cuz apostolis educatus: sancto illustratus spiritu: ab apostolorum scola Ticinum veniens a ticinensi populo lete suscipitur: vt etiam Beda his verbis meminit. Licet omnis Lyguria christianitatis foret expers eo tempore: ticinensis tamen populus beatum Syrum gratulanter suscepit in Pontificem: qui tanto fidei: ac religionis feruore Christi vexillum ibidẽ erexit: ꝙ Papia illis antiquioribus seculis in tota lyguria splendidioribus catholice fidei radijs illustrata: expers omni caligine heretice prauitatis: eque per omnes ciuitas christianoꝝ: christianeqz religionis aliaꝝ ciuitatũ: mater: ⁊ magistra vocaret̃: vñ lucidi fidei

riuuli accipiebant: sacris attestantibus scriptis catholici officij primitiue ecclesie: dum diui Syri preconia celebrant: Attestantibus quoq; Crispino: ceterisq; sanctis Epis. Unde sicut falsa religione Lactantio firmiano teste: de falsa religione populis errorum caligine: & tenebris obductis cuncta mala emergunt: vrbesq;: & magna imperia tremendo dei iudicio deficere solent: econtra vero religionis cultu ciuitates: & Regna: domino cõcedente: dignitate: & stupendijs bonis augentur. Papia igitur tunc Religione cũctis celsior: celsior quoq; subsequentibus mirandis exaltationibus: celesti munere ceteris sublimatur: que tunc ab idolorũ cultura ad veram dei religionem conuersa: semper postea expers heretice prauitatis: veram christi fidez cõstanter coluit. Neq; eius tellurem roseus martyrum sanguis vllus maduit. Eo etiam tempore quo Romani: item & alij truculentissimi princepes: atq; populi seuiebãt in christianos: Tuz pia vrbs ipsa fideles ad eaz ꝯfugiẽtes mira pietate suscipiebat: atq; fouebat. Duo tantũ icliti martyres cruentissima cede apud Ticinum interierunt: Boetius scilicet: & Guniforτus. Nam Boetius vir senatoria dignitate: & eminenti virtute illustris: ob suspitionem affectate libertatis Roma Papiam relegatus a Theodorico Rege: qui tunc vniuerso regnabat Latio non ticinensi vlla manu ipia: at Theodorici nequitia gladio percussus: martyrij palmaz Papie adipiscitur: & sanctus Seuerinus celebrat: Gunifortus aũt christianissimus Schotia gente natus ob Christi fidẽ apud Mediolanũ sagitis sceuissime perfodit. Sed deo nolente (sacra sua ad verbum sic referẽte hystoria) Mediolanẽsiũ ciuitatẽ eius gloriosissimũ corpus retinere: venit in nobilissimaz ciuitatem Italie nomine Papiam: vbi receptus cũ magna pietate a christianissima muliere: stupendis coruscantibus miraculis: tertia die ipse etiam cum palma martyrij gloriosius celo suscipitur. De vtroq; vberiori sermone suo loco dicetur. Sed in viam redeo. Syrus autem ipse vir diuinus a diuina maiestate successores sibi Pontifices impetrauit: quorũ religione: & sanctitatis operibus suis ticinẽsis populus iteger: rectusq; in fide cõtineret: & dirigeret ad excelsaz celi arcez: quoꝝ sanctorum nomina sunt hec.

Inuentius. Pompeius.

Urciſcenus.
Criſpinus primus.
Epiphanius.
Maximus.
Enodius.
Criſpinus ſecūdus
Damianus.
Theodorus ac
Hieronymus. Btoꝝ aūt ſcilꝫ.
Lafranchus.
Bernardus.
Petrus.
Fulchus.
Rhodobaldus.
Joānes.
Armētarius.
Luitfredus ac
Anaſtaſius.

Alijqꝫ q̄ꝫ plures eximij celeſtis militie Principes: qui ſub chriſti vexillo diui pr̄is Syri igēti ſanctitate erecto ſtrenue militarūt: ⁊ mirādis virtutibꝰ Papiā exaltarūt. Nā Inuētius populis in xp̄i fide ꝯfirmandis: ac miraculoꝝ ſignis diuo pr̄i Syro ſociꝰ claruit ꝯſpicuꝰ. Porphiriū aūt belloꝝ Ducē acerrimū in chriſtianos ſceuiētem: cū magna militū acie: ad fidē Chriſti ꝯuertit. Mediolani vero cōtra Arrianos ſtrenue certauit. Urciſcenus vir ſiqdē diuinus: q etiā ⁊ ipſe in primitiua claruit eccleſia: cū extuaret fidei feruor: cū floreret martyrū virtus: roſeuſqꝫ ſanguis flagraret: chriſtiane religionis flāma incēſus: maieſtate celeſti ſuggerēte: mirāda religiōe ticini populū chriſtianū vocatū: magna ſanctitate atqꝫ doctrina: fulgētibuſqꝫ fidei radijs dirigit i celū. Criſpini: ciꝰ nominis primi Pontificis: ingētis ſanctitatis regimine: clerus ticinēſis: beatorū chorus habet̃: ⁊ ciuitas cui multa ꝯtulit bona: ciuitas chriſtianorū vocata: miranda catholica cultura auget̃. Epiphanius patria ticinēſis: genere nobilis: virtutū excellētia: ſanctitate: ac eloquētia: ⁊ rerum clare geſtarum gloria illuſtris: Italiam furore bellorū a barbaris vexatā: tributiſqꝫ oppreſſam: iuuit: ⁊ captiuos Latij populos in Gallia liberauit: quos ſecū reduxit in Liguriam. Maximi ſiqdē viri ſanctitate ac doctrina eximij ſermones: ſacreqꝫ homelie palā in eccleſia religioſe legunt̃: ſuaqꝫ etiā preclara doctrina Reges ad iuſticiā erudiūt̃. Enodiꝰ poeta ⁊ orator clariſſimꝰ Cōſtātinopoli ad Anaſtaſiū Imperatorē hēticū ꝯuertēdū piculoſa ungit̃ legatōe: cuiꝰ furore: vt naufragio piret: fragili i naui tumeſcēti alto ꝯmittit̃ mari: Sꝫ deo iuuāte: furēti tēpeſtate: ſoſpes iactat̃ ad littora. Criſpinꝰ: eiꝰ nois Pōtifex ſcd̄s: vtutē atqꝫ ſanctitatē pmi

secutus: prestanti eruditione: vita: ac religione: ticinensem dirigit populum ad bene: beateq; videnduz. Damiani Epistole precla re in sexta Synodo Italie multum iuuere fidem christianam: et legatio qua functus est in Grecia ad Georgium Patriarcham ab heretica prauitate reuocanduz: indicant quantū sanctitate: ac doctrina prestaret. Theodorum insigni sanctitate celeberrimum: qui Papiam a Karoli magni: et galloruz longa: ac graui obsidione alta miraculi claritate liberauit: Zacharias summus Pōtifex suis appicibus fratrez inscribit sanctissimuz. Hieronymus miranda pietate incensus: solo pallij tactu curabat egrotos: et in Regio palatio solis radio apposito pallio: veluti a trabe fortissima sustinetur. Dixi de Pontificibus ticinensibus inter sanctos relatis. Nūc ad per beatos transeamus: quorum Pompeius Pontifex secundus: quibus fuerat diui patris Syri radijs illustratus: ijsdem populum illuminans: direxit in salutis portum: mirandāq; eiusdez de Papia declarauit prophetiam. Lafranchus autem larga in pauperes pietate elemosinarius vocatus: acerrimas persecutiones strenua virtute superauit: et magna miraculorum claritate coruscans sanctus vocitatur: templūq; sancti sepulchri vbi quiescit a celebritate sui nominis sanctus Lafrāchus denominatur. Bernardus patria ticinensis: Fauentinus primo Episcopus: postea ob eximiā eius religionem: atq; doctrinaz ad sedem euectus ticinensez: in sacros canones eruditos edidit tractatus. Petri Antistitis: summi postea Pontificis: coraz tunc tota Romana curia tremendum habetur miraculum cunctis seculis memoranduz. Fulcus Scotia gente natus: qui superatis alpibus Italiam venit: miranda sanctitate: atq; doctrina: mirādisq; pietatis operibus Pontificali sedi ticinensi magno fuit ornamēto. Rhodobaldus rei diuine magnam gerens curaz: de percolendis sanctorum reliquijs: Regijsq; delubris obseruandaz edidit cronicam: erexit quoq; templa: detq; Zenobia. Que autem Armētarij: Luitfredi: Joannis: Anastasij: et aliorum eximia religio: virtus: atq; doctrina in ecclesia Papiensi claruerit: breuitatis gratia pretereo: quoniam de ipsis: et singulis superius memoratis: in subsequentibus sacris eorum hystorijs vberiori sermone recensebo. Qui quidem sancti Pontifices

per omnia virtute: et sanctitate p̄clari merito sunt celebrandi: et eternis laudibus consecrandi: quoniam suis sanctitatis meritis: stupēdisq3 virtutibus: atq3 miraculis Ticini ecclesia est directa: et confirmata: prebens Ticinensibus aditū vsq3 in celum. Cetere nāq3 vrbes: vno: vel duobus: aut sane raris letantur beatis Episcopis. Papia vero excelsa Illustrium virorum suorum Sanctoru3 scilicet Pontificu3 acie decoratur: que a diuo patre Syro primā: et sublimiorem accepit exaltationem. Unde Regie etia3 omnes: que statim subsequuntur: prophetate exaltationes emerserūt triūphali Laude perpetuo celebrande.

De longobardorum origine: agnomine: eorumq3 ad Italiam aduentu: quo modoq3 Papia sedes sit facta Regia. Capl'm II



Quoniam De prima: et celsiore sanctorū Pontificum Ticinensiū exaltatione dixi: sequitur vt doceam qualiter memoratu3 superius Uaticinium mirandis Regū Longobardo℞ exaltationibus sit impletum. Na3 post diuum patrem Syrum: quem ticinenses: vt superius est habitum: propter eius Apostolicam virtutem in primum susceperunt Pontifice3: Anno salutis supra quadragesimum sexto: gens Longobardorū ab extremis Germanie finibus: Scandiaq3 Insula est egressa. Paulo dyacono teste vero hystorico Longobardorum: libro primo. capitulo primo. quā refert nō tam in mari positam: q̄3 marinis fluctibus propter planicie3 marginu3 terras ambientem circunfusa3. Longobardi igitur: barbe longitudine sic prenominati a germanorum populis duxerunt originē. Qui cū pre multitudine in ea insula: que vix eos alere poterat: simul habitare non possent: et nouas sedes exquirerent: ab extremis montibus apud Ticinū veniunt suos sequentes Duces: Iboream scilicet: et Aionē. Quibus defunctis Agilmondus Aionis predicti filius Rex creatus est. demum deficientibus bisquinq3 Regibus: Alboynus Adoyni Regis filius: vir armis: et ingenti animi virtute strenuus: omniu3 Longobardorū voce Rex vndecimus

creatur. Qui primo per forum Julij introiuit Italiã: vt etiaz ipsorum aduentum Eusebius cesariensis de temporibus per Matheũ palmerium ad verbum sic refert. Longobardi ingenti multitudine cuz filijs: et vxoribus: et alijs barbaris nationibus sub Alboyno eorum Rege per Syrmium Italiam ingressi: eam possiderunt annis ducentum: atq; quadraginta: et demum Papiam Alboynus veniens triennio eam obsedit: tandemq; cepit. vt idez Eusebius alio loco sic inquit: Venetia: Galliaq; omnis cisalpes a Longobardis postea possessa: preter Papiam: que cum per triennium obsidionem substinuisset: hoc tandem anno deditur. Post vero Ticini vrbem ceptam: post multas bellicas victorias: post eiectos: elatio gottos: post deniq; superatam armis Italiam: Papiam exaltarunt: et ibidem firmarunt Regiam sedem. Quaz per ea tempora frater Jacobus Aquensis testatur sedem claruisse tam viuorũ: q̃z mortuorum Regum Longobardorũ: veluti in opusculi exordio habetur. Apud Ticinum quoq; Regiam sedem constitutam: testatur idem Eusebius: quoniam dei voluntate: contra quaz nulla mortalium potestas preualere potest: diui Syri prophetia erat adimplẽda: non vanis: nec terrenis: sed celestibus thesauris. Eam ob rem ipsi diui Principes diuina infusione diuinam sequentes voluntatem: Papiaz vrbem exaltarunt: non auro: non argento: non margaritis: aut magnis latij diuitijs: sed sanctorum reliquijs: tam magnũ ad eã deferendo thesaurum. Papiã quoq; exaltarũt celeberrimis tẽplis: basilicis: atq; Sacellis ibidez zelo christiane religionis magnis eorum ĩpensis erectis. Quibus amplas dotes: castella: vicos: et oppida: multaq; predia obtulerũt. Verum ex multis: hos christianissimos Principes recensere eximia eorum merita exposcunt. Scilicet.

Constantinum.	Ottonem.	Grimoaldum.
Rhotarium.	Gundipertum.	Attalaricum.
Lymprandum.	Aripertum.	Gundibergam: ac
Astulfum.	Rachisium.	Rheodolindam.

Constantinus autem sancto Michaeli Archangelo regiuz extruxit delubrum. vbi Longobardorum Reges flauij inclite coronabantur. vbi Enodij sancti clarissimiq; Ticinensis Põtificis: atq; Eleucbadij Rauenatis sacre reliquie sunt in veneratõe. Rhota-

rius:q ingenij p̃stantia Lōgobardis leges edidit: sub titulo vtriuſq3 Joannis magnum edificauit templum: in burgo vocitatū: Job: atq3 Thobia: Illustribus patriarcis: cū Felicitate p̃clarisima Romana matrona: filiſq3 septē martirio coronatis: ac Valeriano Cicilie spōso: Maximo: Urciſcenoq3 Pōtifice: ⁊ ceteris eximie decoratum. Lympradus rerū gestarū gloria imortalitate dignus: Inclytuſq3 Princeps: templum celeberrimū sub titulo diui Petri in celo aureo edificauit: ⁊ eiuſdē3 magna diligentia: multoq3 exposito auro: sacratissimis eminentissimi catholici doctoris Augustini reliquijs Sardinia Papiā3 translatis sublimi veneratione decorauit. Boetij itē corpore: viro senatore: philosophia: ⁊ sanctitate: conspicuo: atq3 alijs. Quod ordini dicauit regulariū: postea heremitanis cepit venerari. Hic nāq3 Rex christianissimus rogatus a Karolo martello Frācoꝝ Rege sibi cōpatre: cū eodē3 a Sarracenis Galliā liberauit: ⁊ in Hispania ꝯtra barbaros p exaltatōe Xp̄i noīs strenue bellādo: ingēti claruit victoria. Astulfus bello acerrimus: cuius p̃stanti ingenio lōgobardis leges ꝯdite fuere: sub titulo oīum sanctoꝝ: mō vero diui Marini tēplum extruxit. Qd̄ illustrauit scōꝝ corporibus. s. diui Bernarbe apl'i: Viti: Modesti: ⁊ Crescētie: itē3 Marini: ac Leonis: Cecilieq3 virginis: ⁊ Eufrasie eiuſdē Regis filie cū bisq̄ttuor: atq3 vno scōꝝ Innocētū. Mō aūt: que ibidē qeſcāt scōꝝ corpa: dicāt ipsi frēs: sub quoꝝ erāt custodia.

Otto Saluatori nr̄o pietissimo sacrū eleuauit oratoriū: scm̄ Felicē mō vocatū. Qd̄ Georgio martire Illustrissimo: Bacho: Sergio: ⁊ pleriſq3 alijs scitate p̃claris exornat̄. Gundipti prestātia: q reb⁹ bellicis fortiſ gestis tm̄ enituit: Agate virgini i mōte Basillica est erecta: Primo: ac Feliciano: diuis martirib⁹ venerata. Aripertus maior religione: ac pbitate strenu⁹ Priceps: q alpes cotias donauit beato Petro: extra vrbis menia Saluatori scissimo perceleb re tēplū3 extruxit: sacris sancti Felicis i pincis reliquijs cultū3. Ibidem item Regum Longobardoꝝ septem corpora tumulantur.

Rachisius religione cūctis celsior: diuino numine tactus: deposita corona: spretiſq3 seculi pompis: cum vxore: ac beata Epiphania filia: Zenobiū sub titulo celestis regine ordini diui Benedicti suis ipensis edificatū ingressus: quanto honoris culmine in seculo altior

fuerat: tāto in monasterio humilis se subdidit: ⁊ quia bello strenuus: sicut antea loricatus hostes propulsare ꝯsueuerat: postea in deum conuersus: crebris orationibus: ieiunijs: atq; disciplinis indesinenter corpus affligens. vsq; in finē pie: sancteq; vixit. Grimoaldus rei militaris prestantia strenuus: cuius alti ingenij acumine. Leges etiam condite fuere: diuo Ambrosio cui in vita mira deuotione deditus erat: Sacellum extruxit. Compertus iuxta Ticini menia: vbi pro parta victoria diuo Georgio templū extruxit: Alachi hosti truncbato capite gloriose Ticinū igreditur. Attalaiti deuotōe nepotj magni Theodorici gotti: q quidē gottꝰ bello acerrimus sua tempestate totius Italie imperio potiebatur: alme virgini sacellum edificatur. Gondiberga Regina matris magna religione permota: diuo Joāni: scilicet donarum: Basilicam eleuauit: diuorum Blasij Antistitis ⁊ martyris: atq; duorum puerorū decoratā. Rheodolinda Reginarū clarissima rotundum ad perticas templum. venerabili corpore diui Pontificis Hieronymi cultum celi Regine edificauit. Sed quia hec omnia suis locis vberius infra sum dicturus: ad reliqua transeo.

De exaltatōe Papie miroq; miraculo ob Alboini Papie delēde votum: De eius obitu ac sancti Syri. De Cleph: Atharym ⁊ Agilulfo Regibus: ac Rheodolinda Regina. Capitulū. III.



Uperius nāq; memorati Lōgobardorū Reges Papiā exaltarūt. qñ ipā Urbē ad excellētiā Lōgobardiā vocarūt: ab qua alie vrbes: alijq; i Latio ppl'i terra: mariq;: apud exteras longe etiā nationes: tā grādi celebritate Longobardi dicti sunt. Karolus autē magnus Imperatorū christianissimꝰ: cuius sub celo tot miranda tonant laudum merita: post longam Papie obsidionem: demū eiusdem potentioribus armis ea vrbe deuicta: Desiderio q; Rege e regno eiecto: statuit solam Papiam vocandam Longobardiam: solosq; papienses Longobardos predicandos: quo Longobardorum nomen coherceretur. At q modo nomen

ipsum tam longe adhuc: atq; late in orbe diffusum clareat: ꝓcede-
re nutu diuino: quo cuncta reguntur res ipsa indicare videtur.

Papiam item exaltarunt: ꝙ suo tempore omnes Longobar-
di: totiusq; fere Italie populi suis: ⁊ non Romanis: seu Cesareis
viuebant legibus: quas idem Eusebius refert ab Rhotario: Gri-
moaldo: ac Astulfo editas in vrbe Longobardie: scilicet Papie:
ab qua ad eiusdem nominis celebritatem: earum legum codicem
Longobardã vocarunt. Papiam quoq; exaltarunt: teste pla
tina cremonẽse: ꝙ omnes longobardi: Regum: ⁊ multo post tem-
pore: sola papiensi pecunia vtebantur: quã ipse vidi argenteã: cu
ius vna facies non barbaro: sed more laudabili christiano salutis
crucis ✠ insigne: in quo solo veri christiani gloriant̃ erat insignita:
cum litteris circuentibus nomen tunc regnantis principis: alia ve
ro vrbis nomen. s. papia: ad precipuam eiusdẽ vrbis celebritatẽ:
atq; excellentiam. Papiam etiam exaltarunt: ꝙ in peruetu-
sto Papie Pontificum codice bibliotece Pontificalis delubri:
in quo eorum sacre hystorie leguntur: habetur: quẽadmoduz ma-
iores ibidem ad verbum nominatim inscripti Italie Principes:
atq; etiã extra Italiaz: omni triennio regia regnante sede: in eius-
dem vrbis palatio certã pecuniarũ: ⁊ reruz quãtitatez ꝓsoluebãt.
Papiam igitur vrbem: excellentiori sede regali. Pluribus San
ctoruz reliquijs: multis celeberrimis templis: alijsq; preclaris su-
pra omnes Italie ciuitates: eos Principes suo tempore pro viri
bus exaltasse constat: iuxta ipsum diui Syri celeste vaticinium.
Quod quidem vaticinium. Hoc Alboyni apud ticinũ primi lon-
gobardorum Regis tremendo exemplo comprobatur. quidez cuz
Papiam delere: ⁊ minimam efficere iurasset: vltione diuina: me-
dio eiusdez vrbis porte dum ingrederet̃: cõcidit cũ equo: Paulo
longobardo dyacono attestante insigni suo opere. Longobardoꝝ
scilicet. Hystorie: libro secũdo: ⁊ capitulo quinto. At vero (vt ipse
his meminit verbis) ciuitas Ticinensis: per tres annos: ⁊ aliquot
menses: obsidionem ꝓferens. Tandem Alboyno: ⁊ Longobardis
obsidentibus tradditur: in quã cuz Alboynus per portaz que di-
citur sancti Joãnis ab orientali vrbis parte introiret: equus eius
in porte medio concidens: q̃uis calcaribus stimulatus: q̃uis hinc

inde a stratoribus verberibus cesus:nō poterat eleuari. Tūc vnus de eisdem Longobardis taliter Regē allocutus est. Memēto dn̄e Rex:quale votuꝫ vouisti:frange tam durū votū:⁊ ingredieris vrbem. Vere eteniꝫ christianus est populus in hac ciuitate. Siquidē Alboynus vouerat:ꝙ vniuersum populum:q̄ ei se tradere noluisset:gladio extingueret. qui postq̄ꝫ tale votum dirumpens ciuibus indulgentiam promisit:mox eius equus consurgens:ipse in ciuitatem ingressus in sua ꝓmissione permansit. Tūc omnis populus ad eum concurrens:post tantas animi miserias de spe iam fidus:cepit futura releuare:⁊ euꝫ lete cōmitari ad regiuꝫ palatiū mirifico opere a Rege Theodorico extructum. Qui cum latij potiretur dominio ꝑ singula quoqꝫ celebriora loca regia sibi habitacula crexerat. Erat eniꝫ illud pallatiuꝫ:teste Paulo dyacono supra memorato: porte contiguuꝫ:que palacensis etiam hodie ab eo Atrio appellat̄:in cuius angulo eminet turris Boetij vetussima. Nam vir ipse senatorius:philosophia:ac illustri virtute:⁊ sanctitate cōspicuus ob suspitionē affectate libertatis:Theodorico imperante:Roma Ticinum perpetuo exilio relegat̄:eoqꝫ turris carcere claudit̄. Et quoniam ibidem preclara edidit opera:eidem loco eternum nomē contulit. Alboynus vero post aliquot tempus Papia Veronā proficiscitur:⁊ ibidem cum bisduobus regnasset annis:⁊ Rosimondaꝫ vxorem bibere cogisset ex inaurata patera capitis confecta Regis Gunimondi patris:queꝫ ipse interfecerat:dolo vxoris ob eam iniuriam vltionem suscipientis:⁊ ipse a Melchido longobardo viro nobili:⁊ armis strenuo interficitur. Roboratur quoqꝫ diui Pompeij secundi pontificis Ticinensis sacra hystoria:qui vaticiniū sanctissimi Syri per hec verba declarat. Nō qui Papiam vrbeꝫ minorabunt:non impune gaudebunt. Nec minor tamē dabitur:⁊ qui lumen confessoris extinguet:lumine priuabitur:⁊ dolebit. Roborat̄ demum Papie Cronicis antiquissimis. ꝙ paraclyto more columbe desuper radiante:vbi antiquiora primi ambitus versus sanctū Saluatorem Ticini menia sunt erecta:ex eiusdem columbe rostro in eum locum celeste breue demissum declarat. Hic fiat nidus nidorum:veh debelantibus eum. Exempla indicant multorum:quoruꝫ nomina per varios status referre nō est cura:qui:eo diuino iudicio

nullum sinente inultum delictum: miserabiliter deciderunt. Verũ quoniam cessis mortalibus scelerum caligine obcecatis dei iudicia sunt occulta: sepius eorum perfidia: syderibus: phytoni: fato: vel fortune ascribitur: qd diuino corripitur iudicio. Nam cum nulla alia ciuitas tali iussu celesti legatur erecta: et ipse deus in pmo euo nutu precipuo eidem vrbi non par cum alijs tam mirandum concesserit initium: eamq; celestis sui thesauri sedeẽ constituerit: celesti pariter protectione ei asistere sedulo cernitur. Columba autem sceptro ticinensium Principum dum creantur apponi fertur: in rei eternam memoriam: ac dignitatem. Comprobat ipsa Aquilegia postea funditus euersa: ac solo equata: adeo vt nullũ tãte vrbis remanserit vestigium: que postea minime est erecta. Demuz Pontifex ipse optimus: quem Beda venerabilis pastorẽ refert sanctissimũ: omniũq; virtutum carismate adeo perfectum q ad eum nullus pa tuerit dyabolo additus: cũ populos illustrasset catholice fidei splen doribus: incredibilemq; hominum multitudinẽ predicatione Christi euangelij conuertisset ad catholicam fidem: Genuã precipue maritimam ciuitatem: Astẽsem: Derthonam: et reliquas vicinas vrbes: quas cum Inuentio per mira sanctitatis opera Christi iugo subiugauit: miraculorumq; signis in fide stabiliuit. Reuersus in vrbem Ticinensem: incredibili populi iocunditate: ad propriam scilz sedem: vbi Christi vexillum cum omni recta fidei cultura crexit: et nihil pretermisit quod ad augendam dei ecclesiam ptineret. Erecto deniq; primo cathedrali templo sub vocabulo diuorum: Geruasij: atq; Prothasij: populoq; in catholica fide confirmato: vir ipse apostolicus coruscans innumerabilium operuz fulgore. Obijt sanctus Syrus anno salutis secũdo et centesimo Pontificatus quinquagesimo sexto: sui vero Põtificatus sexto et quinquagesimo: longo confectus senio ad beatorum choros gloriosus celo suscipitur. Venerandum autem corpus suũ: eximio Pontificij honore: toto colachrimãte Ticinẽsi populo tanq̃ proprio parente orbato: eodẽ in delubro sepelitur. Et iuxta eum suo tempore Pompeius secundus Episcopus: operuz sanctitate eiusdeẑ successor atq; discipulus: cuius sacra hystoria dillucide declarat celeste vaticinium superius habitum: Papie hostibus tremendum. In ea etiaz sacra Ede:

venerãde reliquie quiescũt sanctorũ.s. Crisanti presbyteri:presbyterij ordinatione a diuo patre Syro consecrati. Fortunati itẽ cõfessoris. Maytineti. Bouini. atqȝ Satyri martyrio coronati. Verum quoniaȝ eorum sacras non vidi hystorias:nil celebre scribere possum. Sepeliuntur ibidem quoqȝ regum corpora Cleph scilicet ⁊ Antharym cum regina Gallica mulierum clarissima. Hic nãqȝ Cleph a nõnullis Daphon vocatus:ille est quem Paulus lõgobardorus hystoricus libro tertio ad verbũ sic refert. Longobardi vero apud Italiam omnes cõmuni cõsilio Cleph nobilissimum de suis virum in vrbe Ticinẽsium sibi regem statuerũt. Hic multos romanoruȝ potentes:alios gladijs:alios ab italia exturbauit. Verum postea cum longobardi annis decem sine rege stetissent: Antharym ipsum licet adolescentẽ sed strenuum in regem sublimarunt:quem ad excellentiã flauium cognominarũt. Quo etiam cognomine Vespesianus celebratur: qui christi saluatoris mortẽ de perfidis iudeis sumpsit supplicium. Hic autem Antharym:magno quo ab ipsa etiam pueritia prestabat ingenio:mirabiliqȝ virtute ⁊ longobardorum probitate: multis claruit bellicis victorijs aduersus precipue gallos:ac germanos quos fugauit extra italiã. Frãcilionẽ aũt ⁊ ceteros bellorum duces armis superauit. Briselum ciuitatem in margine padi positaȝ debellauit: soloqȝ equauit multasqȝ item ciuitates italie in suam redegit potestatẽ. Pharũ oppidum in rippa abdue posituȝ condidit. Ipse nãqȝ Antharym quem in ecclesiastica hystoria scribit Casyodorus per Spoletum peruenisse Beniuẽtum candẽqȝ cepisse regionem ad regium vsqȝ italie ciuitatem:ibidẽqȝ ad colũnam intra maris vndas positam equo insidens accesisse:⁊ dixisse:hucusqȝ longobardorũ fines. que quidem colũna vsqȝ hodie Colũna Antharym longobardoꝝ appellatur. Demum Theodolindaȝ Garibaldi Bauaroꝝ regis filiam genere:⁊ virtute inclitam:litteris apprime eruditam:moribus autem ornatissimaȝ:sed imprimis christianissimã duxit in vxoreȝ.

Hec nãqȝ Theodolinda teste codeȝ Paulo hystorico tot florebat virtutibus:quod mortuo Antharym marito omniuȝ lõgobardorum consensu:regia fungitur dignitate:eidẽqȝ ob eius animi magnitudinem atqȝ sapientiam conceditur: vt sibi maritum ⁊ longobardis

bardis Regē:quē ex lōgobardis maluerit:declararet. Ipsa vero se niorū ꝯsilio Agilulfuꝫ Thaurinēseꝫ Ducē virꝫ formosuꝫ:prudētia prestātē: ⁊ i re militari valde strenuū:cui obuiā iuit vsqꝫ Lomelluꝫ Ticini oppidū: sibi ꝯiugio iunxit: atqꝫ Regio honore sublimauit. Apud vero Bobiū in honorē sancti Colūbani abbatis āpluꝫ monasterium hedificijs: ⁊ redditibus fundauit. Modoctie auteꝫ diuo Joānibaptiste celeberrimum extruxit templum:quod aureo:atqꝫ argenteo ornatu decorauit:predijsqꝫ dotauit:in quo eius corpus sepelitur:eodemqꝫ sacro opere saluantur longobardi. Duꝫ cōstāsaugustus ad eos extra Italiam expellendos Gretia Latium veniens a quodaꝫ heremita sancto intelligeret diuinitꝰ id ei omnino ꝓhibitum iri:ob diui Joānisbaptiste apud celestem indulgentissimū parentem pro longobardis assiduam intercessioneꝫ:vsqꝫ quo indignis: ⁊ adulteris: non pro vite meritis. locus ipse venerabilis largiretur:qui repēte dei volūtatē adimplere studens Italiaꝫ deseruit. Unde postea Longobardi oēs diuū Joānēbaptistam in patronum precipuū susceperūt. Erat sane hoc mirabile ea tempestate in regno Longobardorum: eodem Paulo ad verbum attestante: ꝙ nulla erat violentia:nulle struebanť insidie:nemo aliqueꝫ iniuste opprimebat:nemo spoliabat:non erant furta: non Latrocinia:quisqꝫ securus sine timore pergebat. At antea quoniam misera Italia multa malitia ac ꝑfidia deprauabatur:Longobardorū bellicis calamitatibus augebatur:que diuine sunt vltiones:tuncqꝫ supra populum veniunt. Hospitio viro sancto prophetante: quando in conspectu dei magna populi creuit malitia:quando ꝑiurijs ē deditus:furtis obnoxius:rapinis intentus:homicidijs promptus:⁊ nullus i eo est iusticie cultus:non dantur decime:non pauper alitur: non tegiť nudus: nō suscipiť hospitio peregrinus. Non est igitur mirandū si propter suas multas iniquitates Italia tot bellicis Longobardorum calamitatibus opprimebatur: pro cuius salute misericordia motus Papa Gregorius vir sanctissimus bisduos dyalogorum libros inscribit eidem Theodolinde religiōe: ⁊ Litteris apprime erudite.quā hortať cū Agilulfo Rege ad pacem cōponendā: cuius demum solertissima intercessione: diuina suggerente gratia:tota pacatur Italia. Urbes:castella:oppida: ⁊ ꝑdia a Lōgobardis capta:

Romane ecclesie restituunt. Restituuntur quoqz multi Episcopi: aliiqz prelati suis dignitatibus exuti. Agilulfus autez Rex ad Christi fidem cum Longobardis conuertitur: deuotioniqz sedis Apostolice exhibetur. Et demum mirifice consulitur reipublice christiane.

Harum rerum optimo est testimonio eiusdem Gregorij Epistola summi Pontificis ad ipsaz Theodolindaz his verbis contexta.



Gregorius. Theodolinde Regine Longobardorum. Quia excellentia vestra ad faciendum pacem studiosius et benigne se sicut solet impenderit: renunciante filio nostro probo Abbate: cognouimus. nec eniz aliter de christianitate vestra confidendum fuit: nisi quia in causa pacis: laborem et bonitatem vestram omnibus monstraretis. Unde omnipotenti deo gratias agimus: qui ita cor vestrum sua pietate regit: vt sicut fidem rectam tribuit: ita quoqz placita sibi vos semper operari concedat. Non eniz excellentissima filia de sanguine q ab vtraqz parte fundendus fuerat: paruam vos credatis acquisiuisse mercedem. Quare voluntati vestre gratias referentes: dei nostri misericordiam deprecamur: vt bonorum vobis vicem in corpore: et aia hic et i futuro compenset. Salutantes vos preterea paterna dilectione hortamur: vt apud excellentissimum coniugem vestrum illa agatis: quatenus christiane reipublice societatem non renuat. Nam et sicut vos scire credimus: multis modis est vtile: si se ad eius amicitiam conferre voluerit. Uos ergo more vestro que ad gratiam partium pertinent semper studete: atqz vbi causam mercedis ediderit elaborate: vt bona vestra apud oculos omnipotentis dei ocu los commendetis. Sed in viam redeo. Antharyz autem supra memoratus: vita functus est eo anno: quo eam dominam excellentissimam Theodolindam duxit i vxorem Rex ipse flauius valde strenuus siquidem Longobardorum quartus anno salutis [ ] sui vero Regni septimo: et tumulatur cum Cleph parente: ac Regia gallica mulierum clarissima: magno honore e suis colachrymantibus longobardis: vno tumulo: eo i delubro vbi supra memorati diui patris Syri venerabile corpus sexcentis quieuerat annis. Quod postea est delatum i maiorem sacram edem: celebrio-

rez vrbis locũ: Epiphanij viri clarissimi Ticinẽsis ⁊ pontificis magna: sanctitate ac solicitudine: populiqꝫ oblationibus partiꝫ istauratã partimqꝫ extructam: multis etiam predijs fundatam.

De sancto Crispino septimo Papie Episcopo. Cap. IIII.





Crispini eiꝰ nois pmi: septimiqꝫ sancti Ticinẽsis Epi sacre reliqe ea etiaꝫ in sacra celebriore vrbis ede decẽter tumulate digne venerãt. vir certe i suo põtificatu vere bonꝰ: vere clemẽs: vere pius: atqꝫ sanctꝰ: ⁊ puigil custos circa cleꝝ tũc stupẽda rligione beatuꝫ habitũ: populũqꝫ catholica fide xp̃ianissimũ: cui multa suo tẽpore: vt inferius habetur: cõtulit bona. Erat nãqꝫ pientissimus in pauperes: pupillos: viduas: ⁊ orphanos. Dũ autẽ Crispinus ipse presul optimus: vt optimuꝫ decet pastorẽ: sic vitã duceret p oẽs sanctitatis ⁊ virtutuꝫ gradus insignem: ecce ꝙ in margine padi apud Sumũ: id enim nomen etiã hodie illius est villule: que non longe distat a Pado: de predijs cõtentio habetur: eo iubente: ad eam sedandam litẽ mittitur Epiphanius dyaconꝰ virtute ⁊ genere cõspicuus. Qui postea virtutũ excellẽtia: sanctitate: ⁊ mirãda eloquẽtia: eidẽ Crispino nõ tantũ successit in Pontificatu: verũ vt sua tradit hystoria: totiꝰ Italie saluti ꝯsuluit. Qui qdẽ Epiphaniꝰ ⁊ si corpe decorus: ac preclaro p̃staret igenio: attamẽ rusticoꝝ furorẽ euadere nõ potuit: quin ipse nobilis Ticinensis a quodã rustico noie Burgo ad sanguinis vsqꝫ effusionẽ fustibꝰ cederet. At ꝯfestiꝫ rusticus ille pteruus merita dei vltiõe demoniaco spiritu vehemẽter torqueri cepit. Quẽ necessarij sui ad piũ pastorẽ pduxerũt: demoniaci delicti veniã: pariter ⁊ liberatõeꝫ deflentes. Uir vero diuinus pietatis parentẽ xp̃ꝫ secutus p malo bonuꝫ reddẽs: Christi noie iuocato feruẽti charitatis orõne: rusti-

cum ipsum taliter a colubre tartareo obsessuz liberauit. Quantum autem paci studeret: ac ꝯcordie: testes illi duo sunt fratres iuxta Ticini amnem ob cõmune eorum pratum rutilantibus gladijs inuicez contendentes: apud eum locum: quem caminum vocabat antiquitas: quos pacauit: pro prati precio grata eis oblata pecunia. quod quidem pratum postea cõmuni dedit Papie: quo publicis cõmodis inseruiret: ⁊ pratum pacis nuncuparetur. Preterea Porranã villulam maiori canonice adiecit: quoniam ex cetu canonicoꝝ euectus fuit ad Pontificatum. Ad exornandam autem ciuitatem: quam super omnia post deum habebat carissimam: magnum adhibuit studium. nam quia prius erat cenosa: ac deturpata: eius vias decenter strauit. Pontem etiaz prope vrbem: non mediocri iecit impensa. Et vt breuibus concludam: alia multa beneficia: tum spiritualia: tum tẽporalia vir ipse bonus: ⁊ Pontifex optimus: vrbi: ⁊ populo contulit. Postremo cum Pontificiũ munus summa religione: ac virtute exercuisset: beneqꝫ de deo: de patria: de beato clero: ⁊ christiano populo meritus: sciret iminere diem sui recessus: ab hac Lachrimarũ valle: ipsum exhortauit clerum: atqꝫ populum: ad bene: beateqꝫ: viuendum: eiqꝫ ingenti caritatis feruore Papiam christianorum ciuitatem cõmẽdauit. Atqꝫ virum nobilem Epiphanium: miranda virtute redimituz: cuius viderat oculis: erat ore locutus: ambulauerat pedibus: ⁊ grauissimo Põtificij leuebat̃ onere. Qui statim post eius exitum eo dignitatis culmine sublimatur. His dictis: Crispinus ipse pastor pientissimus meruit audire vocẽ sibi dicentem. Ueni iam benedicte domini ⁊ ingredere ea que tibi debentur eterna tabernacula: ⁊ colachrymãtibus Ticinẽsibus: venerabile corpus suum magno honore traditur sepulture: Anno salutis septimo supra ducentesimum: sui vero Pontificatus quarto supra trigesimum. Et volens deus magnam eius sanctitatez miraculis declarare: hoc vnũ ex multis ex multis nõ est ꝯticendũ. Naz Petrus dyaconus Papiẽsis ad curãdas vltra padũ ecclesie vtilitates: missus: dum subito aeris turbine: tonitrua: grãdines: ⁊ fulgura: e celo ruerent: flexis in terram genibus: ⁊ inuocato diui Crispini presidio: mox cunctis fugatis tenebris: phebi fulgentibus radijs: celo sub sereno terra illustratur. Tunc ipse: comitesqꝫ omnes

tanto liberati periculo: deo: ac Crispino ingentes gratias atq; laudes decantarunt. Mitto miraculosam sui corporis translationez ꝛ alia plura miracula: vt ad reliquas sacras hystorias trāseam.

De scto Crispino hui⁹ nois Papie Epo scdo ꝛ de iuidia. Ca. V.





Rispini Sācti ei⁹ nominis secundi ticinensis Episcopi venerande reliquie in sacro etiam ipso templo seruātur. Qui cū multis floreret et virtutib⁹: ꝛ sanctitatis operibus in pontificij sedē est euectus. Ex sententijs autem suis hec vna est eximia. Nemo inuidet nihil habenti. Inuidus autem viam lucri claudit sepe innocenti. Detestatur igitur ipse Crispinus execrandum iuidie crimen: quo inter mortales: tot horrenda tot innumera exoriuntur mala. Ab initio enim in excelso celi solio aduersus supernam maiestatem perfidi colubris inuidia suum cepit serere venenum. ex quo ex preclarissima luce: in eternas abyssi tenebras precipitatus indoluit nimium semper postea: atq; erubescit hoies ex lutea materia caritatem in terris constanter tenere: quam perfidus ipse draco in celo habere nequiuit. Nec cessat inuidie felle sedulo humanum genus inficere: euertere: ac perturbare. Inuidia namq; secum fert calumnias: vltiones: odia: captiuitates: exilia: dolores: vastationes: direptiones: ruynas: incendia: naufragia: truculentas mortes: obsidentur inuidia vrbes: scanduntur menia: saxis quassantur edes: sagitis obnubilatur aer: ferro: ꝛ igne cuncta populantur: pelluntur patria ciues: captiuantur etiam optimi. torquenť: ac iugulantur: nulli parcitur sexui: neq; etati. Mitto aduersus inocentes accusationes: fraudes: proscriptiones: cruciatus: vincula: carceres: vulnera: cedes: extremasq; calamitates: ꝛ desolatiões. dirripiunť itē ciuitates: Regna in solitudinē rediguntť:

omnis tumultuat terra: vbi fluctuat inuidia. Ad tantã deniq; cõfusionem veniunt status rerum: q̄d noctis caligine: ⁊ dici luce: proprio etiam in strato hoīes interficiunt: enecant: suffocant: ⁊ strangulantur. armant parẽtũ in liberos manus: nephande apponũtur epule: matrimonia violant: virgines defloꝛant: nephandis stupꝛis fedant oīa: moꝛtales cõciti ad omne nephas inuicem digladiantur. Nã inuidus a pio mẽtis pꝛeposito recedens cuncta laxat frena ad iniquum: nihil cogitat: nihil loquit: nihil tractat: nisi atrox: ⁊ sceuũ: frater a fratre non est tutus. Inuidẽtie nãq; iaculis perijt Abel: quem iustum sacra cõmemoꝛant scripta: quia ab ineunte etate iusticiam colere: ⁊ deũ diligere didicit: ⁊ in omnibus operibus suis pꝛesentem putabat dominũ. Illum chaym frater iniquus: incensus iuidia interfecit: qꝛ deo grata offerebat sacrificia hic: vt Augustinus scribit: pꝛimus in celo ad ampliãdam supernã ciuitatẽ dei martyr: celestisq; ciuis claruit. Joseph autem patriarcha iustus atq; castissimus: cum foꝛma: virtuteq;: ⁊ sapientia excelleret alios frẽs: ⁊ alijs filijs a patre amplius diligeret: ob eam dilectionẽ: ⁊ duarum visionũ patri ⁊ fratribus habitam reuelationẽ: maximam in se fratrum cõflauit inuidiã: ab ipsisq; fratribus in egypto venundat: sue etatis anno quinto ⁊ decimo. Esau vero fratris inuidia: fraudato ceco patre: debita poꝛtione pꝛiuatur. Reliqua īnumera omittuntur exempla: bꝛeuitatis causa: īnumeraq; mala: que pꝛo magnitudine criminis narrari non possunt: quibus humanũ genus continuo inficit. O infelices animas: que tam diro criminis iaculo vulnerantur? O scelus infaustũ: quo animus veluti sceua tempestate ad omne nephas armatur? Armanda sunt igitur pectoꝛa aduersus tã hoꝛrendam pestem. generosi assumendi sunt animi: vt fugiamus eã nobis tantopere infestam: que pꝛimo cepit furere in celo: ¶ Postea i terra: ⁊ in mari: ⁊ ob quã demum sub syderibus cuncta male versant. In inferno autem: vbi omnis est exclusa caritas: ⁊ omnis inuidie regnat ardoꝛ: ꝯfusionis obtinet pꝛīcipatũ: in succensis illis furoꝛe demonum igneis foꝛnacibus: ac animarũ hoꝛrendis cruciatibus: atq; toꝛmentis: quoꝛum fumus in secula ascendet seculoꝛum. Crispinus deniq; ãtistes ipē religiõe: virtute: ⁊ ope sanct[9] Anno dñi quinto supꝛa trigesimũ: sui vero pontificatus vigesimo: magno funeris

bonore cum primo Crispino a christiano populo in eodem delubro vno tumulo tumulatur. Hucusqz dixi de Syro patrono siquidē sanctissimo ibidem tumulato: ac duobus Crispinis Pontificibus Ticinensibus: inter sanctos relatis. Qui in primitiua ecclesia cum extuaret in orbe fidei feruor: cum floreret martyrum virtus: cū maiori christi fide Papia aliarum ciuitatū magistra splendidioribus xpiane culture radijs populos illustraret: maxia sanctitate claruerūt. Nunc maiestate celesti suggerēte: dicam de alijs ea etiam in sacra maiori ede domiciliū habētibus qui ꝛ si īter eos sanctos Pōtifices nō referātᷣ: celestes tñ atqz beati: ꝛ nō terreni sunt habendi: si eoꝝ virtutes ꝛ sanctitatis opera in ꝑuetusto Pōtificū Papie codice recte ꝯsiderenᷣ. Uenio mō ad Fulchū perbeatū Epm.

De sancto Fulcho Papie Episcopo. Cap. VI.





FUlchus Presul Ticinēsis perbeatus ex Scotia oriundus: in eadez sacra ede suas venerādas reliquias habet: qui recte cōsiderās dei fontē vberrimum sapientie cunctis patere discere cupientibus ex Scotia gēte veniens: ere vacuus: plenus autem ardore discendi: superatis alpibus descendit in italiaz ad Placentiam scilicet vrbem: vbi eo tempore florebant studia disciplinarū. Et cogitans a deo se hoiez creatū: cui⁹ celestis parētis figurā gestabat: q̄d qdē hominis tēplum: non auro: non argento: non gēmarum donis corruptibilibus: sed eternis virtutum muneribus venit exornandum: solerti ingenio ibidem litteris operaz dare cepit: ꝛ super omnia celestem doctrinam inquirere: illam intelligens vtiliorem pro animarum eruditione ad bene beateqz viuendum. ꝛ dum his vacaret studijs: adeo pauper erat: vt vite necessarijs sepius indigereᷣ: sepiusqz

cogeretur mēdicatum inquirere panem. Contigit autem semel dū apud edes cuiusdam mercatoris elemosinā peteret: q mulier quedam pauperem derridens Fulchum inquit: hanc tibi offero panis bucelam: vt nunq̄ consequaris episcopatū. At statim Fulchus manum: quam ad elemosinam iam extenderat: retraxit: ne ꝯtra dei voluntatem subdolum mulieris eloquium adimpleret: iam dominus spiritum suum effuderat in eum. Hero edis postea re relata: illico ad eum euocauit Fulchum: ⁊ in eius presentia vehementer impudētem obiurgans mulierculā: pia prouisione firmauit: q suis in edibus in singulos dies semel reficeretur. Proficiscēte autem Fulcho de virtute in virtutē: cuius mens tota bonarū artiū studijs erat intenta: vt haud minus moꝝ grauitate: q̄ litterarum exornaretur: prestaretq insigni religione: ac doctrina: essetq modestus: prudēs: grauis: continens: clemens: diuine legis scientissimus. nullo religionis: pietatis: humanitatis: benignitatis exemplo p̄termisso: eo quo in eius vultu: oculis: ore ⁊ gestu nil: nisi virtus: sapiētia: ⁊ venerāda religio eluceret: ecce q Placentinus morit̄ Antistes: ⁊ voce populi in pastorem Fulchus eligitur: cui electioni nunq̄ voluit assentire: ob magnam familiaritatem in ea vrbe contractam. Postea vero Papie episcopo defuncto: quoniā Fulchi perspicua fama ad Ticinenses peruenerat: eorum Pontificij sede sublimatur. in qua dū pontificaret: difficile esset recensere: quantis claruerit virtutibus: ⁊ sanctitatis operibus: precipue pietatis in orphanos: viduas: pupillos: ⁊ quoscunq miserabiles. Et inter cetera sua pia opera memoranda fertur: q cum bisseptem: ⁊ vna paupere familiari cōuiuio in singulos dies discumberet: Totidem item scholaribus disciplinis incūbentibus: pariter ⁊ preceptoribus: de vite necessarijs prouideret. Ea pietatis scala celum scandens Fulchus pastor pientissimus: vir religione: ⁊ virtute mirandus: clemens in delinquentes: beneficus in pauperes: in hospites benignus: misericors erga calamitosos: Patria: ⁊ Scotia gente pegrin⁹: magna virtute Italus: diffusa charitate Ticinensis: vt omnib⁹ carus fuerat: ita post mortem ab omnibus magno Laudū preconio Sanctus: atq Pōtifex optimus celebratur.

De sancto Rhedubaldo Papie Episcopo conditore sancti Thome. Cap. VII





Hedu, baldus qnquagesimus Ticineñ sis Eps: Anno salutis sup̃ octigentos octauo: ac nonagesimo: bisdecẽ ⁊ qnq; sedit annis. Hic namq; vir virtutũ prestãtia insignis: cuius preclara extant facinora: ĩtelligẽs indigne apostolorum loca tenere: nisi eorũ vitam: virtutem: ⁊ religionẽ imitaretur: tanta florebat moruz integritate: tantumq; erat cibi: potus: somniq;: parcus: quo crebra vigilandi: legendi: ⁊ orandi cõsuetudine cultui diuino intentus esse posset: qp ab tota spaciosa domo sua cũcta exultarẽt crapula: atq; ebrietates: solum in singulas bebdomadas: iouis. f. die: soluz vnius prandij apparatũ patiebatur cum omni sua familia: ab qua magno studio vicia: maxime libidines fulminare: ⁊ virtutes erigere nõ cessabat: altamente considerans Adam a paradisi delicijs gulla fuisse eiectum. Preterea animaduertens Ticinensem vrbez Sanctorꝝ reliquijs q̃z maxime illustratam. Pastor ipse optimus: vt rei diuine precipuaz curaz gereret. per singula totius vrbis templa: venerandas Sanctorꝝ reliquias: que erant in obscuro: solertissime perquisiuit: scriptoq; mandauit. Et Cronicam perbreuem de eis condidit que reuerendo tanti Presulis nomine cõmunita: eiusdez sacri thesauri patefactam veritatez veris litteris dillucide continet: atq; fidem: longeq; etiam maiorem prestat venerationem. cui etiaz

adiecit delubra Regũ impẽsa erecta: vbi noiatim ipsi Reges tumulantur. Que oia cuz eiusdẽ vrbis celesti origine: ac ingenti antiquitate in mediũ efferunt. Nũc ad cetera explicanda venio. Eo nãqz tẽpore: quo pontificabat insignis. Antistes ipse: Ticinũ veniẽs beatus Jsnardus sacri predicatoꝝ ordinis: magno christiane religiõis cõplexu iũcti fuere viri ipsi religiosissimi. quoꝝ mutua grãdis charitas diuino ingenio illustrata effectrix: ⁊ mater fuit multoꝝ bonorũ. Idem nãqz Presul insignis magno mentis ardore Pontificij munus exercens plura construxit monasteria. Hic inferius anotata: in quib⁹ nouos sacerdotes: nouasqz sacras moniales instituit: ab quibus indies diuina celebrant: additis multis ꝓuentibus ad eoꝝ religiosoꝝ substentationẽ. Monasteriũ precipue sub titulo ⁊ in honorem diui Thome apostoli: q̄ð fratrib⁹ predicatoꝝ dicauit: mirãda Jsnardi flãma charitatis inflamante. cuius pietatis: ac religionis: ⁊ sanctitatis officia ibidez plurimũ claruerũt: cuiusqz sacrũ corpus ibidem suũ habet domiciliũ: cuz beata Sibelina papiense muliere: que seclusa in quadã solitaria celula: ibi orationib⁹: ieiunijs: ⁊ vigilijs in feruore diuine charitatis: ⁊ sanctitatis opib⁹ nocte: diuqz vacabat: ⁊ deo largiente dũ mondane vanitatis gloriaz sperneret: districte viuẽdo: ⁊ deo seruiẽdo ad exitũ vsqz eius religiosissime vite: sibimet celeste regnũ hereditauit. Sunt ⁊ alia digna laude memorãda. Nã q̄ꝫtuz Ep̃atus ampliauerit facultates: atqz ꝓuentus: testat̃ Rozaschi oppidũ: itẽ ⁊ Portusalbere castellũ põtificali sceptro magna ipsi⁹ Põtificis diligẽtia ꝯquisitũ: partiꝫ ex nũmis alienate cuiusdã ꝑtis Atrij ep̃alis: quã populus Ticineñ. ꝯclamabat sue rei publice ꝑnecessariã: qm̃ suo palatio iũgebat̃. Plura ēt alia ei⁹ ꝓclara facinora breuitatis gr̃a omittunt̃: quo ad exitũ ꝓperẽ: q: longũ eēt cũcta ꝯtexere. Demũ cũ Pastor ipse ꝯspicu⁹: tãta solicitudine: studio: ac diligẽtia: tũ i reb⁹ diuinis: tũ in hũanis strenue elaborasset: v̄bo: ⁊ exẽplo: ꝓcurãdo salutẽ sui populi: sueqz patrie: quã mirãda pietate ꝓseq̄bat̃. Ecclesiãqz Ticinẽseꝫ sacris tẽplis: atqz Zenobijs mirifice auxisset. Et sup̃ mẽoratũ scõꝝ reliqaꝝ celestẽ thesauꝝ ignorãtie nube tectũ: ꝓclaro Cronice scripto eduxissꝫ i lucẽ: dilect⁹ deo: ⁊ hoib⁹ spm̃ emisit in celũ. eius v̄o sacrũ corp⁹ magno Põtificij honore colachrimãte ticinensi populo: ea in sacra maiori ede tumulat̃.

Jacobi Gualle Jureconsulti: Sanctuarij Papie. Liber secundus.

De sancto Joanne Papie Epo: Mundoqz ɔtẽnendo. Cap. I.





Joannis Antistitis Ticinẽsis venerãde reliquie ea etiã i sacra ede tumulate venerant̃. Hic cuz circa spũalia magis q̃z temporalia intenderet: hac eximia vtebatur sententia: ꝙ Eps nomen suum minime adimpleret: si tam temporalia q̃z spiritualia diligenter non solicitaret. Neqz spiritualium contemplatione minime tẽporalia debebat omittere: quo fatigatus diuerso labore itelligeret: q̃z graue essz onus Epale: ⁊ quaz in diuino iudicio districtã esset redditurus rõem.

Patet ex sacris his dictis Joannẽ ipsum aliorum nõ expectasse conuinci sermone: sed in sui aliorũqz salutem: atqz eruditionem cõiecisse seipz: palãqz redarguisse: ⁊ ostẽdisse q̃z graue on⁹ sit Epale. Attẽdant obsecro: q tante dignitatis apicem ambiẽtes illud Augustini festiuo quoddam eloquio efferre solent: ꝙ qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Attendant paulisper vocabuli expositionem: non honoris: sed operis: ⁊ officij esse sarcinam. nam Episcopus grece: superintẽdens est latine: supra Schopos scilz populum: cuius curam recte gerẽs: laboreqz: ⁊ opere deo placere studens: bonũ opus tunc eũ desiderare ɔstat: q: custos ẽ: ⁊ speculator

animaꝝ. Uir etiam est apostolicus speciosis pedibus ad euangelicã populo predicandam veritatem: cuius peccata suis orationibus ⁊ lachrymis delere debet: viteqꝫ: ⁊ exemplo: ac opere dirigere in viaꝫ salutis. Celsior est Angelis dignitate: quoniam inter deum ⁊ hominem per sanctam dominici corporis imolationem est mediator: humilitate cuncta disponens: qua homo diuinum: superbia autem dyabolicum fit templum: qua demũ penetratur celum: at superbia ruitur in profundum. Pater quoqꝫ est pauperum: ecclesie redditibus ꝓuidendo eorum necessitatibus: de eo quod sibi ⁊ sue superest honeste familie: quoniã secus agẽdo: teste Hieronymo: omniũ predonum crudelitatem superat. Assumendus est igit̃ inquit ad tã grauissimum populi regimen: ex omni populo prestantior: sanctior: doctior: ⁊ virtute eminentior: cui nil desit sciẽtie: nil sapientie: nil etiaꝫ modestie: ac industrie: cui omnis adsit multitudo sensuum: omnesqꝫ animi vires: ⁊ sancte cogitationes: atqꝫ virtutes peruigiles sint: atqꝫ intente tanqꝫ in arce celesti. Et cui asserente Calisto: ꝓ laboribus multis: ꝓ moribus castis: pro actionibꝰ strenuis: celsioris loci premium debeatur. Non enim attestãte Gregorio talis electio fauore: sed iudicio debet venire: quoniam euecti fauoribus ad tantaꝫ dignitatis celsitudineꝫ: laycis inferiores virtute esse solent. De qbꝰ Ambrosius profitetur se ipsum rubore conuictum: cum Beda arguẽte: nõ sufficiat eos adequare: quos virtute sicut dignitate oportet eminere: alias vilissimi sunt computandi Symacus exclamat. Nam ad honores mundi: Leone referente: sine suffragio temporis: sine merito laboris: indignuꝫ est peruenire: ⁊ notari ambitus solẽt: quos probitatis documenta non adiuuant. Quã diligens: ⁊ qꝫ prudens esse debeat diuinorũ munerum: ⁊ celestium dignitatũ dispensatio. Ea ratõe declarat Moyses: qui tanta dei fruebat̃ amicitia: vt facie ad faciem eum alloqueret̃. altamẽte tamẽ cõsiderans: virtuti: ⁊ non sanguini regiminis sellam deberi: ⁊ si potuissꝫ: noluit tamẽ filios in sede Pontificatus sibi successores instituere: sed ex alia tribu Jesum Naue filiuꝫ alta Pontificij celsitudine sublimauit. De quo hi extant versiculi. Nolebat Moyses natis conferre ducatũ: Ne quis cognatus procuret Pontificatũ. Sed proh dolor: cernimus plures (refert Hieronymꝰ) hãc reꝫ beneficiũ facere: minime

curantes in ecclesia dei columnas erigere dignas: quos in ea pdesse plus cognoscant: sed quos plus amant: vel obsequijs sunt deliniti: vel pro quibus maiorum quispiaz rogauerit: vel quod deterius est muneribus impetrant. Quibus quoniam prauis studijs primatuz desiderarunt in terra Chrisostomus confusionez anunciat in celo. Hi namqz quoniam ad Pontificatū fauorib⁹ sunt euecti: nō Christum quesierunt: non animarum salutem: non ouium curaz: at hominum sequuntur fauores atqz honores: laudēqz propriam: seculi diuitias: fastum ⁊ pompam: falleratos habent equos: canes ad venandum: ad deuorandum substantiam pauperum. Veh eis miseris? quoniam ab inferni canib⁹ ⁊ ipsi dilaniabūtur. cum: Symacho attestante: valde sit iniquum: ⁊ ingens sacrilegiuz: in aliud transferre: quod pro remedio peccatoruz: ⁊ salute animarū venerabili est relictum ecclesie. ob quod deus iratus percutit animas. vbi eniz hi miseri vitia fulminare deberent: virtutesqz origere: sequi abstinentiā: ac grauitatem: pietatem: modestiam: vitamqz religiosaz: sicqz nullius criminis conscij quibus presunt: placatum celestez reddere Regem: vitam ducunt in flagitijs: ludos tractant: atqz scorta: vtūtur cupiditate ad congregandas opes: vnde fraudes: ⁊ omnia scelerum genera exoriuntur: animas demum (quod est horrendum) perdūt: verbo: ⁊ exemplo prebentes alijs peccandi occasionem. Veh autem illis: quoniam tot mortibus digni sunt: quot ad subditos suos perditionis exempla tradducunt: quia nil taz dei prouocat iraz: ⁊ homines ad peccanduz: sicut Lasciuia prelatoꝝ. O improba prelatoꝝ electio? O fariseoꝝ sors teterrima? O in ecclesia dei diri colubres? ipsi videritis quid ipsis profuerit altas. Pontificū tenuisse sedes: ⁊ loca calcasse sanctorum: non agendo opera eoruz. Quid enim paradiso deliciarū iocundius? Quid celo securius: ac gloriosius? ⁊ tñ homo ex paradiso est eiectus: ⁊ Angelus e celo in abyssum precipitatus. Quantas autem ira diuina illis afferat maledictões: in celestibus diue Brigide reuelationibus dillucide habetˀ. Maledictū exclamat omne quod de terra ad suum suscipiunt cōmodum: qꝛ nec meritis: nec vita: nec bonis operib⁹ deum a quo suscipiunt minime laudarunt. Maledictus cibus ⁊ potus quo corpus putridum ad escam vermiuz: animam vero nutriūt ad Infernum. Maledicta

natiuitatis hoꝛa: que i inferno: nunq̄ finietur: maledicta sintq; eis cuncta sua tempoꝛa male cōsumpta. Maledicti oculi: quibus viderunt lumen celi: tanta claritate indigni. Maledicte aures: quibus verba audientes diuina contēpserunt. Maledictus gustus: atq; odoꝛatus: quo sunt abusi: ⁊ quo sulfureum odoꝛabunt Inferni fetoꝛem. Maledictus tactus: quo cū infernalibus tartareū ignē: hoꝛrendaq; tractabūt toꝛmenta. Maledictus visus: quo nunq̄ visionem videbunt diuinā: at hoꝛrendas Auerni tenebꝛas. Maledictus auditus: quo clamoꝛes inferni audiēt: ⁊ stridoꝛem. Maledicti deniq; sint a celo: ⁊ a terra: ⁊ a cunctis cunctis creaturis: suo deo obsequentibus: quē ipsi perfidi: siquidē membꝛa dyaboli: cōtempserunt. Sitq; eis cum dyabolis in perpetuis inferni tenebꝛis damnatio: ⁊ maledictio sempiterna. De hoꝛrendis quibus tenebꝛis: Gregoꝛius loquitur dicens: Erunt tenebꝛe in inferno palpabiles: ignis inextinguibilis: frigus itolerabile: vermis imoꝛtalis: fetoꝛ pariter intolerabilis: flagela cedentiū: hoꝛrida visio demonū: confusio peccatoꝝ: desperatio omnium bonoꝛū. Bernardus quoq; his verbis eas refert: pꝛocul quippe a beata paradisi poꝛta exulati cruciabuntur ingenua perpetua: nunq̄ Lucem visuri: nunq̄ refrigerium adepturi: sed per millia milliū annoꝝ in inferno cruciandi: nec inde vnq̄ redimendi. vbi nec qui toꝛquet: fatigatur: nec qui toꝛquetur aliquando moꝛitur: ignis infernalis sic consumit: vt semper reseruetur: sic toꝛmenta aguntur: vt semper renouētur: iuxta vero quantitatem culpe: penam vnusquisq; substinebit ingenue: ⁊ similis culpe rei suis similibus iungentur cruciandi. nil aliud ibi audietur: nisi fletus: ⁊ planctus: gemitus: ⁊ vlulatus: meroꝛes: atq; dentium stridoꝛes. nil ibi videbitur: nisi vermes: Laruales facies toꝛtoꝛum: atq; teterrima monstra demonioꝛū. Vermes crudeles moꝛdebunt intima coꝛdis. Hinc doloꝛ: inde pauoꝛ: gemitus: stupoꝛ: ⁊ timoꝛ hoꝛrens. ardebunt miseri in igne eterno: in eternū. ⁊ vltra in carne cruciabuntur per ignem: in spiritu per conscientie vermem. ibi erit doloꝛ itolerabilis: moꝛs coꝛpoꝛis: ⁊ anime: sine spe venie: ⁊ misericoꝛdie. sic tamen moꝛientur: vt semper viuant. sic viuent: vt semp̄ moriantur. Nihil enim hoꝛum que dicit Bernardus tristius videt̄: q̄ cum a beata paradisi poꝛta exules in eternū se factos intelligēt.

Eandem sententiam sequitur Chrisostomus: grauiorem asserens: et magis cruciabilem genuam ante oculos semper ponendam a Rege: et Regno: excludi celorum. Isaias etiam de huiuscemodi penis fidelis est testis: ait enim. Uermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Itez: detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea: et putredo: et operimentum tuum erunt vermes. Que verba doctissimus interpres sanctissimus Hieronymus: ita declarat. Ut pene ille eterne intelligantur: quas propria gignit conscientia: vel suppliciorum materia: que ex proprijs peccatis nascitur. Sicut enim q̃zdiu cadaueris materia est: et aliquis humor in cadauere: vermes nascuntur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorum supplicia nascũtur. Quid vero verius: certius: altiusqz: Saluatore nostro Jesu. Audiamus et ipsum loquentem: q cum veniet in excelso sue glorie trono omnipotens ipse seuerusqz iudex: cui assistent millia millium decies milies centena millia Angelorum: Cherubim: et Seraphim: chori Patriarcharum: et Prophetarum: ac Apostolorum: Martirum: et omniũz sanctorum: quo nil terribilius: horribiliusqz: excogitari potest: intonabit longe lateqz diuina illa et tremenda vox: Ite maledicti in ignez eternũ dyabolo: suisqz angelis p̃paratũ. O infelices animas: que carnis: et seculi transitorijs blandimẽtis: tot: et tanta eterna tormenta mercant̃? Duxerunt (vt inquit Bernardus) in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descẽderunt. hic caro eorum vermibus: et illic anima ignibus deputat̃. Quid illis inanis ꝓfuit gloria? breuis letitia? mondi põpa? potentia? carnis voluptas? multe diuitie? multa familia? mala concupiscentia? vbi risus? vbi iocus? vbi iactãtia? vbi arrogãtia de tanta letitia? Quãta tristitia post tantã voluptatem? q̃z grauis miseria de illa tam grandi exultatione? in maximaz profecto miseriã: horrenda tormẽta: et eternam genuaz ceciderunt.

Fugiamus igit̃ presentia gaudia: et que nobis tantopere arridẽt carnis voluptates: vt hac strenua fuga horrendos ꝓfundi baratri carceres fugiamus: gaudia autez eterna capere valeamꝰ. Sepelitur deniqz Antistes ipse: vir eximia virtute venerandus: Anno sui Pontificatus vigesimo: ea in Basilica magno honore ab vniuerso Ticinensi populo.

De sancto Armentario Papie Epo. De viqȝ oratiõis lachrymarumqȝ apud deum. Cap. II.





Rmentarius quoqȝ ipse Ticinẽsis episcopus ea in sacra maiori ede suas sacras hȝ reliqas i precipua veneratiõe. Ex p̃claris ei⁹ dictis hoc iprimis ẽ memorãdũ. Gratia: vel meritũ dat mun⁹ cuiqȝ petitũ. impossibile est iusta iuste petita non exaudiri. Hac Armẽtarij pspicua auctoritate dilucide colligit. Quãta sit ad deũ vis orõnis: ab quo asserit esse ipossibile iusta iuste petita non exaudiri. Potentissima nãqȝ est armatura ipsa oratio ad iplorãdũ qd̃ petimus. thesaurus indeficiẽs: portus quietis: materia trãquilitatis: ⁊ inumerabiliũ bonorũ radix: fonsqȝ: ⁊ mater oratio ẽ: ipoqȝ iperio sublimior: atqȝ potẽtior. Orõnis siquidem vis vim ignis extinxit: Leonũ frenauit iras: bella dissoluit: prelia sedauit: tẽpestates fugauit: demones expulit: mortis vincula dirrupit: fugauit morbos: iniurias dispulit: cõmotas vrbes stabiliuit: casqȝ plagas que superne inferunt: ⁊ hoiũ insidias: omniaqȝ prorsus icomoda: ⁊ mala remouit eliminauit: atqȝ abiecit. Orõne (Chrisostomo referẽte) Danieli visa pandunt: Sopiunt flamme: fere delitescũt: cadũtqȝ hostes. Oratõe Anna lachrymans a deo Samuelẽ pphetã accepit ad aie sue gloriationẽ. Orante Moyse: ⁊ manus in celũ eleuante Israel preualebat: dum autẽ manus summitteret Alamech inualescebat. Oratio mulieris peccatricis: que in domo Symeonis pedes dñi lachrymis

lachrymis rigabat: crinibusqꝫ tergebat a Christo domino meruit veniam peccatorũ. Oratione Monace mirande sanctitatis: ⁊ in Augustinum filium pietatis: non modo a turpi libidine: ⁊ peruerso maximoqꝫ errore ipse Augustinus liberatur: sed ad excelsum veritatis lumen: sanctitatisqꝫ culmen sublimaꝛ: ⁊ catholica eminenti doctrina vniuersam illustrat christianam religionẽ. Oratõe demũ grandi cordis cõtrictione: multis fusis lachrymis ob maximũ admissum flagitium: peccator quidam per visum Jesum meruit videre: in stupenda pietatis maiestate excelsissimo trono insidentem cui mille millium circũcirca miro ordine astabant sanctorum: ⁊ largiente summa dei pietate intelligere perpetrati delicti precipuam remissionẽ. ¶Possem percurrere plura alia huiuscemodi mirãda exẽpla: que breuitati inseruiens tacitus pretereo. Orationis item clipeo (teste hieronymo ad Sabinam) omnes cogitatiões: quibus ꝑcuti solet adolescentia repelluntur. Oratione Basilico attestãte in exhortatione quam facit ad monachos: ab anima depelluntur sordide cogitatões: q̃ cor cõturbãt: cuncta fuganꝛ noxia: ⁊ vtilia nobis a dño tribuũꝛ: ad dñ̃ cũ tribularer: ait ꝓpheta: Clamaui ⁊ exaudiuit me. Ad oratione aute cũ accesseris: monet idẽ Basilius: vt te in ꝯspectu dei humiliter prosternas: nec quicquã postules q̃si ex gratia meritorũ tuorũ. Et si est grata cõscientia alicuius boni operis: cela illam: ⁊ te scilentium agente a domino multipliciter restituetur. ¶Peccata vero tua cito in mediũ producas: vt ea deus deleat: cũ confessus fueris, nec te iustifices orans: ne cum phariseo damneris dicente: deus tibi gratias ago: ꝙ non sum sicut ceteri homines iniusti: raptores: adulteri: quomodo ⁊ publicanus iste: ieiuno bis in sabbato: decimas do omniũ q̃ possideo. At tu imitare publicanũ: qui templũ ingressus summa humilitate: animiqꝫ abiectione a longinguo stabat: nec oculos ad celum eleuabat: sed pectus suum percutiens dicebat: Deus ꝓpitius esto mihi peccatori: q quidẽ publicanus dñi sñia iustificatus excessit e tẽplo. phariseus aũt dãnatꝰ. ⁊ quaquã sũmas salieris scalas virtutũ: ascenderisqꝫ ad omnẽ mentis perfectionẽ: tunc te mouet Climacus: vt male acta ad memoriã reuocans solicitius ores deũ: ꝙ misereaꝛ peccatorũ tuorũ. Orabis etiam pro inimicis exemplo Saluatoris: quoniã nulla gratior ho-

stia deo offerri pōt. Triaqꝫ serues in oratione. Primo immensas deo agas gratias pro susceptis beneficijs. dehinc contricto: compūctoqꝫ corde te ipsum grauiter accusa pro culpis tuis. demum illas tuas petitiones: libere: ac secure aperias. Hac etiā eruditione vtitur Ambrosius. Primū docet habere orationem ad dei laudem. Secundo supplicationē. Tertio gratiarum actionem. Interorandum vero cum orationes dono lachrymarū tāquā sapidissimo liquore condant: incredibile videt quāto rapiatur: incēdaturqꝫ mēs amore: quāta efficiat liquefiatqꝫ letitia cum admixta fuerit lachrymarū gratia: quarū tā gratus: tā sapidus: tā dulcis est pfluxus: vt vl minima earū guttula superet oīa quotquot haberi possint terrena oblectamenta. vbi enim fuerit lachryme: inqt Basilius: ibi ignis spūalis accendit: qui secreta mentis illuminat: tunc auiditate celesti flagrans christi copulatur amori: tota eius cogitatio: ꝛ cōuersatio est in celestibus: mors illi presens dulcior est qꝫ vita cupit dissolui: ꝛ esse cū Christo: quem in carne viuens: intra suum portat templum. Nil etenim (ait Efren) est dulcius: nilqꝫ salubrius in terris super gratiam lachrymarū. Per lachrymas namqꝫ tergitur anima mūda: nitidaqꝫ restituitur: gignitur pudicitia: voluptates abscidūtur: perficiunturqꝫ virtutes. Lugendum tamen nobis taliter est: ne videamnr ab hominibus: simulqꝫ serena facie: ꝛ leta exultantes in spiritu sancto super donis domini: flentes animo: atqꝫ lugentes: deoqꝫ supplicantes: vt custodiat nos ab omni specie mala. Arguit vehementer eos Climacus largo lachrymaꝝ fonte profluentes: ꝛ paruo cordis dolore compunctos. damnat maxime eos: qꝫ multis aliquando madeant lachrymis: ꝛ sepius videāt: atqꝫ delicate viuant: ꝛ nullū habeant meditandi studium: ꝛ orandi deum: quod esse magis proprium dicit animantium ratione carentiū. Ex meditatione enim ait nasci lachrymas: ex ratione autem meditationē. Parere vero lachrymas timorem: dehinc paulatim mentis gaudium: gaudioqꝫ demum incendi animum charitate. Quare ꝛ fletum pulchre: aperteqꝫ stimulum aureum appellat. Cauendum tamen qꝫ maxime est: ne permittatur irrepere diffidentia vlla diuine pietatis ꝛ misericordie. Solet enim calidissime dyabolus id temptare tempore lachrymarum ꝛ penitentie. Persuadet enim ante perpetratū

peccatum summam dei esse clementiam: post autem distractam iusticiam: vt afferat misericordie diffidentia3. Que bone autem: vel male sint lachryme: diue Brigide diuinitus sunt reuelate: q illle bone sunt lachryme: que procedunt meditatione diuinorū beneficiorum: et orantis peccatorum amaricatione: male vero lachryme procedunt mundi tribulatione: et inferni timore. Bone tamen confunduntur: si malis misceantur: quēadmodum si fons cenosus: ac turbidus cum lucido flueret et quis ex ea sordida aqua bibere posset? Bone siquidem lachryme tantam promerentur gratiam: q animam a terrenis in celum eleuant: et ad vitam regenerant eternam. tam grandi etiam a deo sublimantur gratia pro susceptis beneficijs timidi omni hora deo gratias agentes de susceptis contenti: et superflua non appetentes: vt ipse deus suos veros amicos tales esse dicat. Tante denique sunt dignitatis lachryme (Climaco attestāte) q sicut primus fons: scilicet baptismatis: originale diluit peccatum: hoc secundo pari modo lachrymarum fonte: cetera que post baptismum cōmissa sunt peccata: purgantur atque lauantur: quia omnis qui saluatur: aut aqua: aut igne purgatur: aqua scilicet lachrymarum: igne vero purgatorij iuxta scripta eiusdem beate Brigide. Grandis profecto ac miranda est lachrymarum virtus: multūque preualent: quoniā donum domini: atque gratiam semper acquirunt. At plerique incredibili earum dulcedine allecti: dum deo putant summū prestare sacrificium: quāta possunt vi eas extorquere conantur: quorum stultitiā non aliter inquit redarguendam quam eorum: qui vinum ex vuis adhuc acerbis: ac solis calore decoctis vinū quod suaue sit extrahere volūt. Quare vt ex oculis lachryme suaues elliciantur: maturari cor prius per compunctionem: interiorēque decocti doloris calorem: necesse est. quod vbi accederit: id enim recordatio: defixaque meditatio: vel peccatorum: vel miseriarum: vel diuinorū beneficiorum efficere potest: tunc quia non summis labris sed profundo cordis ascendit: nullo cogitationis impetu euelluntur: sicut arbores que validas radices mittunt: et que nullo ventorum impetu franguntur. He namque lachryme incredibilem peccatorum remissionem consequuntur: incredibilemque diuinum amorem: atque demum in excelso celi subsolio eternam felicitatem. O Sanctam igitur quam offerrimus deo orationis hostiā

ad implorandam diuinaz pietatem: atqz clementiam. O magnum ꝛ singulare lachrymarum munus. O sacrum ꝛ diuinum pabulum. O nectar omnium dulcissimū: atqz suauissimuz. quibus vos predicem laudibus: feráqz preconijs: que mestos consolamini: debiles sustentatis: errantes dirigitis: peccantes corrigitis: que humanos potestis imutare affectus: vitia proculcare: virtutes roborare: sanctitatem augere: quibus mortales sanctificantur: demones terrentur: ꝛ fugantur: Angeli letificant̄: placatur deus: atqz mulcet̄. quoniam nulla carior hostia superne superne sue maiestati imolatur.

De sancto Luitfredo Papie Episcopo: omniumqz gratijs habendis deo. Cap. III.





Uitfreditici nēsis beati Presulis sacrū corp⁹ ibidez ēt quiescit. Hic nāqz religiōe p̄clarus cuz a nōnullis laycis: qui īfesti clericis oppido esse solent: mirabili patientia ꝯtumelias perferret: ꝛ semel quidaz sibi beniuolus vices sui dolens: q̄ tantis vexaretur molestijs dixisset. In pace viuerēt boni si mali d̄ medio tollerent̄: optimus Pastor: cuius mens religiosa diuino lumine irradiabatur: tunc inquit q̄ maloruz mors nequaq̄ erat optāda: quorum persecutionibus boni veluti auruz in fornace ad maiorez perfectionem perducerentur: qui nisi in hoc tam proceloso: ꝛ in omnes tēpestates exposito maiori: cotumelijs afficerentur: q̄ztum prestarent fortitudine deprehendi minime posset. Affirmabat enim homines in hac vita in certamine cōstitutos: quo demū adepta victoria celestis thesauri premia cōsequerentur: quia quousqz homo carnis corpusculo induitur: ctōinuo agitatur bello: quādoquidem illi deus dederit virtutem simul atqz hostem: ne virtus ocio torpens naturā

ſuam perderet:ſed eſſet ſemper in certamine quouſqꝫ proficiſceretur ad illum indulgentiſſimuꝫ parenteꝫ:qui celeſti munere pro bello pacem:pro tenebris lucem:pro morte perbeatam vitam in excelſo celi palatio bonis elargitur. Stultitia namqꝫ magna ac cecitas eſt (dicebat ipſe) diſcedere a veritatis ratione:⁊ cogitare delicato itinere abſqꝫ hoſte:⁊ tribulationum certamine peruenire poſſe ad eternam felicitateꝫ:quoniam tribulatio fidei:⁊ conſtantie noſtre eſt probatio:proximiqꝫ edificio: qua diuina ſuggerente gratia nobis magis proxima: dirigimur ad eternam felicitatem: ⁊ ſublimiorem celeſtem gloriam:ad quam niſi per tribulationes ⁊ infirmitates poſſumus peruenire. Agendum nãqꝫ nobis eſt more ſtrenui militis cõtra hoſtem certantis:qui ab eo multis percuſſus vulneribus: eum acrioribus inuadens ſuperat atqꝫ proſternit. Hoſtis autem noſter tartari eſt coluber:qui a nobis tunc acrius percutitur: dũ inter peruerſos conſtituti:tribulationibuſqꝫ affligimur:contra deuꝫ nõ murmuramus:at eas lete ferentes: noſtriſqꝫ peccatis aſcribentes deo gratias agimus. Et memores ꝙ nil tam facile ad gennam trahit ſicut propria voluntas. Dei igitur ⁊ non noſtram ſequimur voluntatem dicentes: Fiat volũtas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Jeſu chriſte fili dei viui miſerere nobis. Quo nil deo gratius proferri poteſt: nil vero nobis ſalubrius Angelo diue Brigide reuelante:quoniam ſi Chriſtum ſequi voluerimus ad gloriaꝫ per multas tribulationes ſequi oportet ad paſſioneꝫ. Ea ratiõe eos deus hoc in ſeculo maioribus affligit tribulatiõibus:quibus ob bona fidei opera celeſte regnum debetur:maioremqꝫ in celo eſt daturus gloriam. Dyabolus autem ad maiora malos incendit mala: quo maiori genna eos poſtea cruciare valeat. Adducebat in argumentuꝫ diuos martyres: qui ea eterna felicitate non letarentur:impioruꝫ perſecutionibus ſi caruiſſent. mali tamẽ bonis amicitia imiſcentur:⁊ adeo tollerãtur: vt reſcipiſcant:⁊ cõuertantur:atqꝫ ſaluẽtur:illis verũtamen minime eſt fidendum. Cum igitur grandi afficiamur dono: quando hoc in ſeculo tribulationibus affligimur:⁊ ſuggerente diuina gratia ſequimur fidei opera:quibus ad eternam felicitatem dirigimur: memores ſemper eſſe debemus:pro ſuſceptis beneficijs ſuperne maie-

stati gratias agere. Saluator nobis est exemplo: qui mundatis decem leprosis: vnum tantum gratias agentem laudauit: aliorum autem ingratitudinē damnauit. At summopere caueamus ab omni laude et gloria nostrorum operum: quoniam si quicquam laudis nobis attribuerimus sacrilegi erimus. testatur Basilius: quia dei gratiam propriā facimus. At absque dei gratia bona opera minime facere possumus. nam viam mandatorum suorum currere non dat natura (inquit Fulgentius) sed diuina gratia. Audiamus Jacobum apostolum dicentem. Omne datum optimum: et donum perfectum desursum est descendēs a patre luminum. Paulus autem: gratia dei sum id quod sum. Et alio loco: Nō a nobis ipsis idonei sumus cogitare aliquid quasi a nobis: sed sufficientia nostra Christus est. Quare inquit idē Basilius. Pro omni gratiarū perfectione: quas antequam natus esses sine vi mentis: et sine corpore adeptus sis: te extollas cū id totum tibi ascribere liceat: pro his autem que tibi nato obuenerunt: soli deo laudes habende sunt: qui tibi ortū: qui tibi mentem: qui tibi corpus tribuit. nā cum mentem et corpus tibi deus tribuerit: proinde etiam quicquid illis te iuuantibus acquisiueris: tributori illorum deo attribuas necesse est. Que igitur a deo dona sapientie et sanctitatis concessa sunt meritis proprijs quesiuisse siquis putat: deū esse earū datorem negat: sine quo nihil consequi possumus. merito ergo a deo quem despicit derelinquit: solitaque funditus gratia ruit. Et alibi instituēs monachos: gloriatio inquit in domino est: cū quis ea que recte facit non sibi sed domino ascribit. culpabilis gloriatio est: vel cum laudatur peccator in desiderijs anime sue: vel cū benefacientes laudari volunt: qui et sacrilegi sunt: cū gratia dei propriam faciant: et quoniam nihil est detestabilius: quam quod homo sibi attribuat quod hominibus deus donat: hoc tam graui crimine multi e magno sanctitatis culmine ceciderūt. Nam Joānes heremi cultor qui maxima prestabat sanctitate: iactantiam vehementer esse fugiendam admonebat: ne dū ab hominibus gloriā quereremus: eā que datur a deo perderemus: et id magnis cōprobat exemplis. Imprimis nāque cuiusdam monaci: qui cum ad summū peruenisset sanctitatis culmen: elatus tāto profectu: magis attribueret suis meritis quam deo: q cum-

ctorum est largitor bonorum: tūc dyabolus paratus ad insidias sumpta specie formose mulieris: que quasi longo labore fatigata per heremum aberraret: timeretq; ne per noctem errabunda bestiarum dentibus interreret: ab ipso monacho in secretiorem locum colligi deflebat: qua suscepta vt paucis agam: post mixtas obsceni amoris illecebras libidinis extuz adimplere tentauit: at magna illico demonum turba horrido clamore illum exprobrauit. Nec hic penitentia ductus: sed voluptatibus postea mundi deditus. ¶Proh dolor: vir ipse infelix atq; miserimus in perditionem abijt. Alter quoq; in heremo fuit monachus: qui ad extremaz vsq; senectutem adeo ꝓfecit: vt panem mire suauitatis ⁊ candoris vltro celitus in deserto allatum sumere mereretur. qui imemor diuine liberalitatis: tantis suis profectibus gloriari cepit: ⁊ cūcta suis meritis attribuere: vnde obruentibus elationis cogitationibus: amisso primum celestis cibi dono: postea toto immutatus animo: redijt ad seculum. Et perijsset etiam ipse: nisi diuina eum subleuante manu: tactus amarissima compunctione rursus ad heremum peruertisset: vbi iugiter deflens peccatum suum longe maiori postea sanctitate profecit. Quare inquit Augustinus: homo in libero arbitrio constitutus: dum donorum dei gratie in prosperis immemor efficitur: ⁊ tanquam de sui possibilitate gloriatur: tunc corripitur cuz i varijs tribulationibus: ⁊ afflictionibus paululum subiugatur: vt humiliter ad diuine gratie recurrat auxiliuz. Climacus vero confusionem ait summam esse alienis se extollere ornamentis: manifestam autem insaniam gratias a solo deo profectas audere sue virtuti attribuere. Chrisostomus de compunctione cordis ad Stolochum scribens: sanctos ⁊ magnos viros admonet: vt imprimis recordentur beneficia diuina: vt operum suorum gloriam: non sibi ipsis assignent: sed deo: atq; hoc cuz plerisq; alijs paucis sufficit: ¶Permittit nāq; sepe deus sanctis viris tepefieri solituz deuotionis ardorez: vt intelligētes quāta ea fuerat que discessit cordis alacritas: manifestius postea tāte grē auctorē cognoscāt. Cassianus autez statuz humilitatis ostēdens: ⁊ nihil nos absq; dei opitulatōe ⁊ gratia posse perficere dicit. Damnabilis est qui substantia secu-

li male vtitur:sed damnabilior qui spiritualibus donis superbus efficitur. hoc demum summum rerum omniũ oppificez impugnat: ⁊ in bellum prouocat:quod adeo ille inuisum habet:odioq3 perseqtur: vt pulcherimum illum omnium angelorum:qꝫ excellentiam virtutis sue:quã ab eo acceperat:sibi ipsi attribueret:e celesti taz sublimi qua gloriabatur sede: precipitauerit: eternoq3 baratri carcere nunq3 eruendum intruserit. Cuius tam tremendo exemplo:nõ parum deterreri mortales debent:ne quod diuina bonitas eis cõtulit sibi ascribentes deũ habeant iratuz:atq3 vltorẽ. Sedit hic Luitfredus insigni religione:sanctimonia:⁊ virtute Antistes reuerẽdus annis bisquinq3. Postea eius perbeata anima felici exitu meauit ad celestia.



De sancto Anastasio Papie Episcopo: quodq3 nemo careat peccato. Cap. IIII.



Nasta sij sancti Ticinensis pontificis corpus venerandum ibidem etiam suum habet domicilium: qui religiosis virtutibus: ⁊ sanctitatis operibus euectus fuit ad pontificij apicẽ. Hic cuz interrogaretur : quare peccatores nulla admisisse asererẽt crimina? inquit:hi persimiles sunt maritime bellue:cuz sacra etiaz scripta testentur iustum septies in die cadere. Quantum seipsos fallant: qui absq3 peccato se viuere dicãt:intelligent audiendo Ambrosiuz

eo libro quem edidit de bono mortis: sic dicẽtem. Quid tantopere vitam desideramus? in qua quanto diutius quis fuerit: tanto maiori oneratur sarcina peccatorum. nullus dies sine peccato nostro preterit. Quid enim est hec vita nisi plena laqueorum? inter laqueos ambulamus: inter plurimas versamur tentationes. nostra habitatio in luteis domibus: et ipsa vita in luto. nulla firmitudo sentẽtie: nulla cõstantia. in die nox desideratur: in nocte dies querit. inter escas gemitus. inter cibos fletus: lachryme: dolores: timores: solicitudines: nulla requies a perturbationibus: nulla a laboribus reclinatio: ire: et indignationis motus horridior. Audiant quoque Bernardum non dissimili sententia scribentem. Cur inquit tantopere vitam nostrã desideramus? in qua quanto plus viuimus: tanto plus peccamus: quanto enim est vita longior: tanto culpa numerosior. quottidie namque crescunt mala: et subtrahũtur bona. nihil aliud est caro: nisi spuma caro facta fragili decore vestita: cuius si singulas miserias velis enumerare: quam sit onerata peccatis: atque irretita vicijs: pruriens concupiscentijs: occupata passionibus: poluta illusionibus: prona semper in malum: et in omne vitium: plenã confusione: et ignominia eam inuenies. Que adeo ille licet summe integritatis: summe sanctitatis versabat secum animo: in secretioribusque intimi cordis penetralibus agitabat: vt tanquam magnorum delictorum reus de seipso ita diceret: nescio meipsum: si ante me inspicio meipsum tollerare nõ possum: tanta enim inuentio in me que digna sunt reprehensione: et confusione: et quante sepius et subtilius me discutio: tanto plures abominationes in angulis cordis mei inuenio: ex quo namque peccare cepi: nunquam vno die sine peccato transire potui: nec adhuc peccare cesso: sed die in diem peccata peccatis addo: et ea pre oculis habeo: nec gemo erubescẽda in deo: nec erubesco: dolẽda intueor: nec doleo: quod est mortis signum: et damnationis indicium.

Quorũ etiam vt vberiorem doctrinam maiusque testimoniũ habeamus: audiamus Jacobum apostolum et euangelistam dicentem: si dixerimus quod peccatum non habemus: nosipsos seducimus: et veritas non est in nobis: si dixerimus quoque non peccauimus: mendacem fecimus eum: hoc est deum: et eius verbum non est in nobis: quia

solus deus verax est: et hominez a solo deo opportet esse veracem. Et Job: nec ipsas stellas mundas esse dixit: in conspectu domini. Salamon quoqz: non est homo iustus in terra: qui faciat bonum: et non peccet. Scriptuz est enim: quis gloriatur castum se habere cor? hinc propheta ait: non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Et illud: Ecce in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Et vt dicit Gregorius. Sine culpa in mundo eē non potuit: qui cum culpa in mundo venit. propter quod et ecclesia non cessat quotidie deo dicere: dimitte nobis debita nostra. Ideo propheta humanam fragilitatem peccatis tot continue subiectam intelligens nihil aliud omnibus carminibus suis q̄ꝫ diuinum implo rare auxilium contendit. Deus: inquit: in adiutorium meuz intende: domine ad adiuuādū me festina: et domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionē meaz conspice: et dominus regit me: Et alia huiuscemodi pene inumerabilia. Furiosa est igitur tāta presumptio assere se nulla admisisse peccata: et inferre tantaz factori suo iniuriam: vt sine peccatis esse existimantes proprijs meritis sibi ascribant: quod diuina largitate consequūtur: cui pro susceptis tot et tantis innumerabilibus beneficijs: immensas agere gratias tenentur: et cuius presidio: licet absqz peccato viuere non possint: iusti tamen per penitentiam esse non desinunt: quia ad diuinum confugientes auxilium citius resurgunt: et per salutis viam in celum diriguntur: obstinati autem in criminibus peccatores: q2 deuz a mente excludunt: veritate carent: quia deo carent: et falso obtenebrantur: q2 dyabolo falsitatis: patri se manciparunt: cuius alligati cathenis vera promere nequeunt: quēadmodum diui Bartholomei sacra refert hystoria. Studeant igitur peccatores omni spiritu peccatorum tenebris obductis: seipsos vt cognoscant: Bernardum eos docentem intelligere: qui ait: Integritati tue curiosus explorator vitam tuam quotidiana discussione examina attente diligenter quantum proficis: vel quantum deficis: qualis sis in moribus: et qualis in affectibus: q̄ꝫ similis sis deo: vel q̄ꝫ dissimilis: q̄ꝫ prope: vel q̄ꝫ longe: non locorum interualis: sed morum affectibus. Stude cognoscere te: q2 multo melior et laudabilior es si te cognoscis: q̄ꝫ si te neglecto cogno

sceres cursus siderum: vires herbarum: complexiones hominum. Redde ergo o homo te tibi: & si non semper: vel sepe: vel saltē interdum rege tuos affectus: dirige actus: corrige excessus: in te nihil maneat indisciplinatum: pone omnes cogitationes tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tanq̄ aliū: & sicut temetipsum plange: plora iniquitates: & peccata tua: quib⁹ deum offendisti. indica ei miserias tuas. ostende malitiam aduersariorum tuorum. Saluberrimuꝫ est igitur diligenti mentis discussione seipsum recte examinare: dilucideq; cognoscere: & cognoscendo in viam domini vitam suaꝫ dirigere: & ambulare vsq; in finem: quo in conspectu domini mors eius sit speciosa. quoniam deus non respicit quales antea viximus: sꝫ quales circa finem erimus: teste Isidoro eo libro. queꝫ edidit de summo bono: cuius verba hec sunt: Unumquēquam deus de suo fine: non de vita preterita: iudicat. Non vita ergo: sed finis in vita hominis est querendus. Tumulat̄ demum Antistes ipse: vir siquidem religione: doctrina: ac pietate insignis: pauperum amator: in calamitosos benignus: & clemēs: & in reliquos gratiosus: atq; munificus: vniuerso ticinensi colachrymāte populo: magno funeris honore: eo in sacro templo iuxta diui patris Syri egregiam arcam: Anno sui Pontificatus duodecimo.

De sancto Gengulfo martyre. Cap. V.





Engulfus Brugundia oriondus: claris parentibus: forme decore: animiq; magnitudine: ac prudentia insignis: libidinis auteꝫ: & diuitiarum victor: ab incunabilis christianissimus fuit. q vt sua ad verbū traddit hystoria acer erat

animo: viribus fortis: in armis strenuus: sed imprimis iusticia rectus: et fide constantissimus. Hic cum tantis prestaret virtutibus. Pipino qui tunc Gallis regnabat: imperante inter sui exercitus viros probos deputatur. Dum vero bellorum fortia facta gereret: a religione tamen: ac iusticia: et pietate minime discedebat. Posteaquam annos aliquot strenue militasset: magnoqz virtutis bellice in multis partis victorijs documenta mõstrasset: ad suos rediit: precipue ad vxorem: genere nobilem: moribus autem ignobilem: vt statim subsequetur. Domi vero cum vitam ageret: magno spiritu sanctitatis vacabat operibus. Et quia redditus sui patrimonij exuberabant: larga manu in pauperes errogabat: in viduas scilicet pupillos: orphanos: ceterosqz inopes. Sicqz cũ Job et Thobia inclytis prophetis oculus erat cecis: pes claudis: hospitiuz vero peregrinis: quos mira pietate suscipiebat: atqz fouebat. demum omnis eius sermo et actio de pietate: de religione: de amore dei: et proximi: ac celesti patria erat. sicqz quottidianis: et recentibus virtutum incrementis ad bene beateqz viuendum instaurabat mentem.

Volens autẽ deus miraculoruz signis sui serui declarare sanctitatem: et vxoris perfidiaz: que viro absente castissimuz eiusdez thorum violare non horruit. Heu heu qz tenera est in feminis fama pudicitie: que quasi flos pulcherrim⁹ leui aura cito marcescit: leuiqz flato cito corrumpitur: maxime vbi etas consentit ad vitium: et maritalis deest auctoritas: cuius vmbra tutamẽ vxoris est. Sed ad rem redeo. inter cetera sua memoranda: dum vt superius cõmemoraui: multa prospere gesisset bella: et reppetens patriã recreandi gratia in quodam ameno: et periocundo prato iuxta luciduz scaturientem fontem declinasset: istuc accessit dominus prati: cui post multa suaui eloquio dicta inquit Gengulfus: an sibi fontem vendere vellet: quem alio transferre intendebat: qui subridens nulluz dedit responsum: gratia ioci id dictum existimans. At Gengulfo magis instante: precio centum solidorum fons venundatur. Cogitans venditor fontem pariter et pecuniaz se consecuturuz: memoria non tenens illud euangelij: ingẽtes etiaz montes fidelibus imperãtibus a loco ad locũ trãsferri. Demũ fonte soluto i pr̃iaz suã venit:

quo maiori pace frueretur. Uerum res humane id non patiuntur: que quietum statum mortalibus minime concedunt: nam qui bonis abundat etiam omnibus: aliquo magis aduerso sepe augitur: quia nulla humana est taz grandis felicitas: que aliqua ex parte nõ amarescat. Sed redeo ad meccam vxorem: cuius perfidia vir ipse probus malorum turbine vexatus: postremo interijt. quotidianis enim iurgijs virum exagitabat: illum exclamans insanum: ꝙ fontẽ tanti emisset precij: ⁊ pecunias iactasset ad auras. At iustus deus suis semper assistens: hoc miraculi signo seruuz suum extollit: ⁊ pfidam vxorem confundit. Fixerat namqꝫ Gengulfus in humuz sibi proximum baculum: ⁊ cum discumbere vellet: ⁊ aqua deesset ad lauandas manus: inquit familiari: quoniam illotis manibus ad mensam accedere non licet: propera ad offodiendum illum baculuz: ⁊ ex aqua que ide scaturiet illico ad me afferas. Mirabilis deus in sanctis: ⁊ virtutibus suis: quoniaz aqua empti fontis: tũc ibidem vnde baculus erat fixus est habita: ⁊ i prato fontis empto exsiccata. Nõ tamen tanti miraculi signo vxor perfidum ĩmutauit propositũ: veꝝ maiori perfidia incensa detecto adulterio: quo: ⁊ absente: ⁊ presente viro deprauabatur: ad eum fontem vocata: eodem Gengulfo instãte: manum imisit in fontem ad cõprobandam suam innocentiam: ea lege: ꝙ si rea esset adulterij deus manifesto iudicio declararet: at cõfestiz manus carne nudata obriguit. quod videns Gengulfus inqt: O mulierum scelestissima digna es morte truculentissima: sed qꝛ dicit dominus: mihi vindictam: ⁊ ego retribuam: altissimi intutu gladio meo non eris percussa. At quia tuum horridum horreo conspectum te penitus derelinquo: tibiqꝫ tuo dotis iure obsigno illud prediũm: vnde viuere possis. si tanti sceleris: quod grandi eget satisfactione dignos penitentie fructus egeris: pietas: ⁊ venia patris celestis indulgẽtissimi tibi non deerit: sin minus: gehenne incendijs cum dyabolis perpetuo torqueris. Quo dicto statim abijt: ⁊ ad locum semotum properauit: vbi continuis orationibus: ⁊ pietatis operibus religiosissime vacabat: ⁊ cuz apostolo dicebat: cupio dissolui: ⁊ esse cum Christo: qui pro laboribus requiem: pro persecutionibus pacem: pro tenebris lucem: pro morte vitam: ⁊ terrenis ac breuibus bonis eterna: ac celestia donat. Scelestissima autẽ vxor: ipsis tam

sanctis spretis monitis: liberius cum adultero magis peccabat. demum timens mariti auctoritatez ea in regione precipuam: cũ adultero conspirauit in viri necem: qui cum nouisset penetralia habitationis Gengulfi: dum familia abesset: eum in cubiculo quiescentez gladio percussit oblatis eidez imprimis ecclesie sacratis iterijt. Ea martirij palma vir ipse probus: ⁊ miles strenuus celo suscipitur: sepeliturqꝫ in propria patria apud suos in Basilica apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli sua impẽsa erecta: multis in eius funere coruscãtibus miraculis: colachrimantibus populis: suis precipue necessarijs: ⁊ maxime duabus amitis: que circa eximium funeris apparatum ad modum erant intẽte. Sic clarus miraculis: sanctitate vite: ⁊ rebus strenue gestis: sacra sua attestãte hystoria quieuit in pace. Quẽadmodum autem Gengulfi martiris corpus venerandum Papiam sit delatum: ad me non attinet scribere: qꝛ nec ipsa hystoria: nec scripta vetusta: que legerim aliquid certi non referunt. mihi enim absit sacris mẽtiri rebus. Venerabile autem corpus suum ea in sacra ede seruatur: ⁊ precipue veneratur.

Nunc fine facto de diuo Syro patre nostro sanctissimo ceterisqꝫ illustribus ticinensibus pontificibus ibidez quiescentib⁹. Qui quidẽ Syrus vir sane diuinus: tempore apostolorum eruditus doctrina eoꝝ Ticinum veniens: ibidem primus Christi vexillum erexit: vbi mirandis virtutibus: miraculis: ⁊ sanctitatis operibus: annis bistribus supra quinquaginta religiosissime põtificauit: eo quo illis antiquioribus seculis Papia aliarum ciuitatum christiane religionis magistra haberetur: vnde lucidi christiane culture riui accipiebantur: Item ⁊ virorum Illustrium ticinensium: aliorũ scilicet sanctorum Pontificum sub eodem vexillo strenue militantium: in eiusdem non tantum vrbis: verum totius Italie: atqꝫ reipublice christiane salutem: vt inferius dillucide patebit: magis est legẽdum: qꝫ auiditate antiquitatum que opusculo exigente ibi inscribi debuerunt: ad ipsos diuos Pontifices transeo: suaqꝫ ad sacra templa: vbi venerande eorum reliquie tumulantur: atqꝫ coluntur.

De sancto Inuentio Papie Epo. Cap. VI.





Auentius post Pōpeiū tertius Eps̄ sup̄ trigintanouē sedit ānis. Hic nāq̄ pastor optimus: & sanctitate preclarus ad illustrādos in christi fide populos cū diuo patre Syro Papiā veniens: vbi Christi vexillum Syrus erexit. Genuāq̄ etiā Ast: & Derthonam catholica fide illumina uit: mirandis claruit sanctitatis operibus: merito igitur cū eo mirandis laudibus venit celebrandus: cum quo īnumerabiliū ꝓ augenda fide christiana laborū soci⁹ enituit insignis. Hic quoq̄ mortuo Pompeio: dum ticinensis populus eum in pontificem vellet eleuare: se indignum existimās tanto dignitatis culmine: laude auffugit. At populus ipse Laude properans: captum: & inuitum in pontificij sedem perducit. Dum autem pontificaret: omni spiritu cultui diuino erat intentus. pauperes pietate fouebat: suscipiebat hospitio ꝑegrinos: erat misericors circa viduas: orphanos: pupillos: & p̄sidio destitutos. Testis est vidua a creditore vexata duplo pluris q̄ꝫ recepisset. nā pientissimus ipse pastor lachrimis vidue motus ad eū dyaconū supplicē mittit: ne vltra debitā sūmā viduā molestaret: qui cū tenueret: eidē soluta a dyacono expetita pecunia: cōfestiꝫ vltione diuina in terrā decidēs aiaꝫ efflauit ad īferos. Alio iteꝫ tp̄e cuiusdē Fisci auctoris Ticini amneꝫ transeūtis magnū: qđ deferebat: pecunie pōdus in ꝓfundū flumīs demergit. qui merens vehemēter: & dolēs ad sc̄m Presulē ꝓperat: eiq̄ serio narrat: quā grādē ferat amisse pecunie iacturā: sperās rei sue posse ꝯsulere: mō

pius pastor ad misericordiã flectatur. Qui statim audito viro mesto demigrauit ad euz fluminis locũ vbi pecunia submersa ferebatur: et alta voce inquit. Tibi dico aqua in noĩe dñi nostri Jesu christi qui suis pedibus sanctissimis super te ambulauit: ne eam retineas pecuniã: cuius causa hic meus proximus tam graui merore cõtristatur. Mirabilis deus in sanctis: et virtutibus suis illico sulcãtibus vndis: spectante populo: ad presulis pedes pecunia iactatur. Non est etiã con ticendũ de Porphyrio bellorum duce stupendum miraculum: qui cum ticinensis ciuitas ob mirandam populi religionem ciuitas christianorum: et catholice fidei aliarum ciuitatum magistra vocaretur: iperante Vespesiano: furenti exercitu Roma Ticinum ad ibidẽ populum gladio delendum mittitur: qui Ticinũ ingressus: intelligens populum mira deuotionis flamma in ede sacra ad sui Pontificis missam intentum: magna armatoruz comitante caterua Basilicaz ingreditur. At sanctus pastor: cuius sacrum pectus dei erat tẽpluz sancto spiritu refertum: in summo mortis periculo đ salute minime dubitans: territum populum hortatur: ne a cultu diuino discedat: ne de dei persidio diffidat. dum sic autem in mortis terrore esset populus constitutus: solum deum sue salutis sperans auctorem: q suos sinit terreri: sed non perire. ecce ꝙ ferus Porphyrius cuz sathelitibus furens: Et putans in ore gladiorum truncare populum christianum: dei iudicio obnubilati se inuicez diris inuadunt armis: seqꝫ metipsos eijciunt extra Basilicam: pauimento ecclesie cruento relicto: et ibidem fero marte certantes mutuis se vulneribus cõfodiunt. missa autem pro more celebrata. Jnuentius vir diuinus Basilicam omnes egredi iubet: et orare pro persecutoribus. Ad quorum orationem sathelites ipsi incolumes omnes surrexerunt altis ad sydera vocibus clamitantes. Magnus: et verus est deus christianoruz: vana: et falsa sunt idola que colimus. Tũc Porphyrius Jnuẽtij pedibus peruolutus inquit. O serue dei deum quem tu colis: verum ac tremendum pro me ora: quoniam contemptis idolorũ culturis: ac Cesaris mandatis christi fidem amplecti decreui. Cui ĩquit Jnuentius. Noueris ꝙ superna dei clementia non vocem: sed cordis mentem rimatur. Si toto corde credideris: quicquid a deo petieris impetrabis. demũ Porphyrius omnisqꝫ exercitus ad Christi fidem

fidem conuertitur: ꝛ baptizatur. Non etiam preteriundũ videt: ꝙ accedente eodem sancto. Presule Mediolanum gratia ordinandi clam clericos: ob seuientem in fideles arrianam pestem: que prohibuit ibidem vsqꝫ ad profuturũ Papie antistitem: eiusdeꝫ sacra teste hystoria: christi vexillum erigere: ꝛ pontificij sedem stabilire: arriani in ipsius vrbis ingressum verberibus Inuentiuꝫ inuadũt. At mox ventoruꝫ procella cuꝫ tẽpestate magna rabidi ipsi canes a deo grauiter percutiuntur: ꝙ terrore mortis exclamare ceperunt. O serue dei iuua iuua nos: quia volumus baptizari. Qui statim Inuentij oratione liberantur: statimqꝫ baptizãtur. Plures item alij ad fidem christi conuertuntur. Postea Ticinuꝫ rediens in limine vrbis paraliticum gratia recuperande sanitatis eiusdem sancti presulis prestolantem aduentum: pristine restituit sanitati: pluraqꝫ alia miraculorum signa breuitati inseruiens omittũtur: quo hystorie calcem attingere valeam. Demũ cum pastor ipse optimus per omnes sanctitatis virtutes in gremio sancte matris ecclesie strenue se exercuisset: ꝛ pientissimum se exhibuisset per omnia pietatis opera: fortissimũqꝫ contra arrianos patronuꝫ: ꝛ nihil pretermisisset: quod ad optimum spectaret Pontificem: vt suas oues dirigeret in celũ: ecce ꝙ cum esset in oratione: ꝛ alta mentis diuina cõtemplatione maximus ei refulxit splendor sanctorum patris diui Syri: Celsi: ꝛ Nazarij: cui inquit Syrus: Noueris ꝙ nobiscum tertia die in celo eterna gloria exultabis. Eo auteꝫ die tertio: conuocato clero: atqꝫ populo: celebratis pro more missaruꝫ solemnijs. Vir diuin⁹ Inuentius eam celestem aperuit reuelationeꝫ. Postmodũ omnes admonet: ꝙ cultui diuino essent intenti: maxime orationi: pietatisqꝫ operibus. dei seruarent mandata: inuicem se diligerent: mundũ cõtemnerent: ꝛ deũ toto corde diligerent. fraudes Sathane aufugerent: arrianamqꝫ mortiferaꝫ pestem a ticinensi ecclesia eliminarent. Postremo omnes benedixit: ꝛ eius anima carne soluta tota gloriosa celo suscipitur. Eius autem corpus sacratissimum magno funeris honore: vniuerso populo colachrymante: sepelitur ea in Basilica sui nominis: quam ipse Celso: ꝛ Nazario gloriosis martyribus dicauit: Anno decimo ꝛ septimo supra centesimum: põtificatus vero sui nono ꝛ trigesimo.

Fine facto diui Inuentij facre hystorie: cuius ingenti sanctitate: et miraculorum signis: deo auctore: vidue precipue creditor auarus animam fertur ad inferos efflasse. Porphyrius autem christianorum accerrimus persecutor cum omni militum acie ad Christi fidē conuertitur. Mediolani vero perfidi arriani: aduersus quos viri Illustres ticinenses: sancti scilicet pontifices pro conseruatione vere fidei christiane assiduo erant in certamine: ne arriana eorū perfidia attingeret ticini limina: e celo ruente supra eos tēpestate: in terrore mortis cōuertunt. Postremo paralitica liberata: eterno deo. diuoq; Inuentio magnas agit gratias. Nunc ad ciuē virtutibus Illustrem ticinensem: et rerum in toto latio preclare gestarum sanctum atq; sublimen Antistitem Epiphaniū stillus dirrigitur.

Explicit liber secundus.

Jacobi Gualle iureconsulti: Sanctuarij Papie. Sequitur Liber tertius.

De sancto Epiphanio Papie Episcopo: De Odoacre Rege: Theodoricoq; Imperatore. Cap. I.





Pi, phani⁹ post Crispinuz octauus ticinẽsis Episcopus: Anno salutis quiquagesimoprimo: supra quadrigentos: triginta ꝛ vno sedit anno. Hic itaq; patria ticinensis: genere nobilis. virtutibus autem Illustris: Mario: ac Focharia natus parentibus: de cuius sanctitate: ꝛ mirãda virtutuz prestãtia tota est testis Italia: vt inferius dillucide patebit: etiam in cunis dormiens radijs visus est fulgere. quod quidem magnum sue future sanctitatis fuit vaticiniuz. Namq; ab ipsa infantia crevit de virtute in virtutem in omnium admirationem. erat enim aspectu Angelicus: sermone nitidus: corpore decorus: opere sanctus: spe pacientissimus: ac omni charitate diffusus: cui tantam dominus cõtulit gratiam: vt ab omnibus diligeretur: ab omnibusq; laudaret̃: ob cuius stupendas virtutes apud vniuersum clerum: ticiniq; populum: maximo in precio habebatur. Tam mirandam iuuenis prestantiaz videns Crispinus: strenua Epiphanij virtute in laboribus sui pontificatus se iuuabat: ꝛ vna dierum apud Sumum: id enim nomen illius est villule: que non longe distat a pado: cum ab quodaz rustico nomine Burgo: de finibus agrorum magna fieret contentio: ꝛ ad eam litem sedandaz istuc mitteretur Epiphanius: ecce q̄ ab eo viro ꝓteruo graui ꝑcussione vulneraẗ. qđ audiẽs ciuitas xp̄ianoꝝ

(nam Papia ob magnam eiusdem populi religionē sic vocitabat) ad Burgū enecandum tota furore concitatur: accedentibus etiam piis lachrymis Crispini sancti pontificis ob suum dilectum vulneratum dyaconum. In tanto vero rerū turbine solus Epiphanius letus sua clementi eloquentia cuncta pacabat. Dum autem miranda virtute cunctos excelleret: ⁊ nullū religionis: pietatis: ⁊ humanitatis precipuum exemplū pretermitteret: Crispinus moritur. in eius quidem exitu ciuitatē clero: ⁊ populo cōmendauit: ⁊ virū nobilem Epiphaniū: cuius viderat oculis: erat ore locutus: ambulauerat pedibus: ⁊ sua ingenii prestantia pergraui pontificii regimine subleuebatur. His dictis spiritū efflauit in celum. Epiphanius mestitia plenus omniū voce creatur Episcopus: quo pontificatu inito ad clerum vniuersumq; populum sic exorsus est. Non mea virtute viri christiani ticinenses: at vestra humanitate ac charitate in hanc sublimē pontificii sedē me indignū video erectum: cuius graue onus: quod humeri mei ferre nequeunt: vos ipsi mecū ferte: ac diuidite. Obseruate precor vitam: moresq; meos: quod indignū noueritis arguite. nemo errantē suū pastorē arguere vereat. deū autē altissimum super omnia diligite: ⁊ proximum: vt vosipsos. his paucis cōticuit. At omnes alta voce ꝯclamarunt: Salue pater sancte: quem futurum pastorem optimū non dubitamus. Postea clero qui integritate religionis beatorū chorus habebatur: vt hostilibus viciorum bellis strenuo clipeo se opponeret: ⁊ virtutū vexilla in celum erigeret: has dedit leges. Ne clerici balnea ingrederētur: castitatem omnino seruarent. Tantūmodo vesperi: omisso prādio: ederent. Pro cibis olera sumerēt: ac legumina: vilesq; dapes: nec ad saturitatem: parum vini ob stomaci debilitatē. Preterea de cultura celestium preceptorū: ipsū instruebat clerum. Semper primus erat in sacro dei tēplo: vt ceteros dirigeret. Ad altare autē pro obseruantia ingentis sue religionis nudis stabat pedibus. Demum magna fidei prestantia: ac operꝫ sanctitate cunctis suis actionibus vniuersum populum dirigebat in salutis portum. Interea cum seeua orta essent odia: inter Antonium romanorū principē: ac Retimer patritium: Epiphanius facundia: ac sapientia insignis ad ea sedanda Romam mittitur. ab quo clementer susceptus eidē

hoc preclarum sue legationis eloquium exposuit. Inclite prin-
ceps: celesti decreto sancitum est: vt sub omnipotenti manu dei prĩ-
cipes terrarum orbis: qui per eum regnant: se curuare debeant: ⁊ cũ
sciant ipsum deum pacis auctorem: atq; amatorem: pacem sequi
tenentur: quemadmoduz recto spiritu rex Dauid: clementissimi-
q; alij plures principes christiani egerunt: alta mente cõsiderantes
illam esse veram victoriam: que non manu bellica: sed potius indul
gentia acquiritur: ⁊ quia dubij bellorum euentus vtriq; etiam par
ti ruinam afferre solent. ¶Paci igitur euitendum est: cuius ingenti
claritate bellorum tenebre fugantur: cuius eminentia certa pro du
bijs amplectuntur. ¶Pax: que etiam barbaris poscentibus non ne-
gatur: amore celestis regis christiano principi eam oranti leto ani-
mo est largienda. ¶Pacem deniq; o clementissime Cesar: Retimer
patritius a tua maiestate meo ore cupit impetrare: quam solita cle-
mentia ad ingentem tui nominis laudem eidem eo federe digneris
indulgere: vt que apud ipsum sint: eidem relinquantur: ne hec mise
randa italia vtriusq; bellorum furore: tanta strage amplius vaste-
tur. ¶Hec per breui sermone ab eloquentissimo Epiphanio diuo põ
tifice cesari exposita fuere. Ad que Antennius ab intimo pecto-
re vocem trahens inquit. O pontifex sancte longe mens mihi alie-
na erat cum Retimer patritio pacem habere ob eius simultates: ac
inimicitias: quibus pro viribus studuit romanum imperium in fun
dum versare: nec mea eidez colata beneficia: nec ipsa filia mea con-
iugali federe sibi copulata ab iniquo suo spiritu potuerunt eum re-
uocare: quin mihi inimicus extiterit: parauerit q; insidias: ac moue
rit bella: ⁊ erat animus cum eo nunq̃ pacem habere: at tua miran-
da virtus: sanctaq; presentia: etiam me inuitum cum iniquo hoste
petitam pacem sepius eidem negatam transigere cogit. Tunc diui
nus Epiphanius imensas eterno deo egit gratias: q̃ i Cesaris mẽ
tem pacis fudisset gratiam. Et conciliato Retimer cum Antennio:
susceptoq; pacis federe ticinum rediens ab vniuerso populo cũ ma
gna leticia suscipitur. ¶Postea alia longe maior est exorta persecu
tio: cuius cruentã calamitatẽ referre horret animus. Nam Odoa-
cer cum magnis copijs Italiam ingreditur: Horestẽq; patritium
insequit̃ vsq; ticinũ: cuncta ibidẽ rapinis ⁊ calamitatib⁹ subijciũtur

captiuāť ciues: alij vīculis teneť: alij alio abducūť: alij interficiunť ⁊ enecantur: ⁊ strangulanť etiam optimates: multe turculētissime cedes exercenť. sacra tēpla preciosis spoliantur ac dissipātur. Regia sepulcra euertunť dum preciosa auferunť: que vrbis nobilitatem ⁊ memoriā renouabant. ciues mortis timore perculsi ab ore gladiorū fugientes in atrocismos gladios incaute cadūt: quorū pars magna aut est fugata: aut necata. Turculentissimi item barbari sacri templi terrā effodiunt exquirentes thesauros pastoris mira pietate in celum iam transmissos captiuatur luminosa sancta soror sua: vbiqꝫ luctus: vbiqꝫ gemitus: vbiqꝫ lachryme: vbiqꝫ trucidatorum vsqꝫ in celum voces. tota deniqꝫ ciuitas vno incendio concrematur. Epiphanius autem tunc mestissimus tantam videns vrbis calamitatē pietatis flāma incensus totam percurrit vrbem: quos captiuos ciues offendit: sua sanctitate: suis lachrymis: sua deniqꝫ diuina eloquentia liberat. Sororem ittidez liberat captiuā: ⁊ per ignes: ⁊ gladios: per cedes: ⁊ truculentos hostes miraculose illesus euadit. nec cessauit circuire vrbem: quousqꝫ mitigauerit hostes: ciuitatēqꝫ meliori quo potuit modo pacauerit. pro cuiꝰ salutis prestito dono: die noctuqꝫ deo gratias agere non cessabat. Demū Odoacri potentioribus armis ꝑ Papia pulso: Horrestes apud ꝑ Placentiaz fugatur: furentiqꝫ bello ibidez superatur: atqꝫ vltione diuina iuxta diui Syri celeste vaticiniuz ꝑ Papiaz delere volentibus spectante exercitu truculentissima nece mactatur. quo interempto mox tam grandis: tāqꝫ cruenta cessauit calamitas: ⁊ rex Odoacer bisseptem annis latio regnauit. diuum autē Epiphaniuz ob eius mirandam sanctitatem atqꝫ virtutem in precipuam suscepit venerationē. qui ꝑ Pastor pientissimus videns vrbem: ac sacra templa barbarica rabie dirupta: ea cepit restaurare. dum vero maior erigeretur basilica: ferunt quēdam parietē dyaboli fraude collapsam: quo artifices interimerentur in eiusdē pastoris vehementiorez dolorem. at eo orante: oēs tam grande discrimen illesi euasere. Aliaqꝫ templa basilicas atqꝫ sacella prestantiori facie eleuauit. Edibus autez sacris restauratis: ad instaurandā quoqꝫ ⁊ ornandam vrbem magna ruina colapsaz studiū adhibuit: qđ vt cōmodius efficere posset: eo supplice Odoacer ciuibus in tātā calamitatē deiectis quinquēnio īmunitatē indulsit:

⁊ que in eiuſdē vrbis euerſionē ruerāt in melius renouauit. Dū hec ſtrenua Epiphanij diligentia operantur: dei ſuggerente gratia: ⁊ eo orante: multa coruſcabāt miraculoꝝ ſigna: precipue multa corpora a demonibus obſeſſa ſua ſanctitate liberātur: ⁊ dum maligni expellerent: exclamabant: Epiphanij ſanctitate ad vaſta mittimur deſerta. Eo ſic regnāte Odoacri: Zenon cōſtantinopoli imperator ad liberandā italiam Theodoricū gottoꝝ regē mittit cōtra Odoacrem: cuius aduentū timens Odoacer rauēnā ꝓperat. Theodoricus autem ticinū veniens: audita magna ſanctitatis fama Epiphanij eo vocato ad eius preſentiā: inquit. Ecce virum ſanctum: venerabilem: iuſtū: atqꝫ amabilē: virtute ſtrenuū: forma decorum: ſapiētia inſignem: diuino ingenio: ⁊ omni bonitate ac facūdia mirandū: cui noſtro euo celo ſub ſtelifero ſimilis nobis non offertur. Poſtea ticino diſcedens cum armatorū cuneis: ⁊ rauēnam properās: Papiam vrbē: matrē atqꝫ ſorores fidei: ac regimini Epiphanij cōmendauit. Cum vero eſſet rauenne: ea triēnio obſeſſa. Odoacrem pluribus prelijs ſuperauit. qui grauiſſimā obſidionem ferre non valēs tandē Theodoricū dominationis recepit ſocium: a quo non multo poſt ad cenam inuitatus contra datam fidem: cruenta nece occidit̄: vnde ſtatim nemine aduerſante: contra tamē imperatoris volūtatē totius latij imperio potitus eſt. Ad qḋ ſtabiliendū impiū: Audeflenam franchorum regis filiam ſibi cōnubio iunxit. Per ea quoqꝫ tēpora ſiciliā cū adiacentibus inſulis ſuo imperio adiecit: atqꝫ dalmaciam ſibi ſubditā fecit. Theodorico aūt in remotis ſic agente: Gūdauerus burgūdionum princeps per lyguriā magno exercitu intrans italiam: Papiā: aliaſqꝫ quāplures vrbes ⁊ prouincias pro voluntate dirripiens: ad gallias captiuorum multitudinē pene infinitam ſecum adduxit. quod intelligens Theodoricus illico vocato Epiphanio ei intimo cordis ſuſpirio inquit. O decus pontificum ⁊ paſtor optime: maximo dolore conflictor: videns miſerandam italiā feritate Gundaueri populis viduatā. ſuſcipe precor pie pater pro noſtris captiuis redimendis ad eum hoc legatōis munus precipuū. Nā tua virtꝰ eximia: p̄claraqꝫ facundia: mihi credito: mō hac fungaris piētiſſima legatōe ſalus erit vaſte ⁊ miſerāde italie. At Epiphanius lachrymis pietatis viſceribus fuſis: regium humiliter

suscipiens mandatum:niueas alpes:multis laboribus:atq; pericu lis transiens peruenit ad Gundauerum:apud que; sic exorsus est.

Illustris princeps:ad tua; maiestatē insigni clementia redimitā: voce Theodorici totius Italie Regis atq; totius Italie legatione fungor:vt pietate vtaris:que mortales īmortalibꝰ equat:⁊ tibi ta- les prepares tēpore necessitatis thesauros q̄ tuā non sinant animā ire in tenebras:bonum tibi affero nuncium:quando thesauros tibi affero celestes:si quos captiuos detines Italos:gratis liberaueris: hoc mandat:hoc iubet celestium princeps:quo cum diuis principi- bus suis in excelso celi atrio eterna felicitate leteris:qui pro capti- uis redimendis:publicum conscendit crucis patibulum:ac precio- sum sui sanguinis persoluit thesaurum:pro captiuis demum tullit horrendum mortis tormentu;.Si tua clementia:eam dono dat li- berationem captiuoꝝ:hac ingenti pietate:qua nulla deo carior ho- stia offerri potest:tuam beatificas animam:quoniam celeste Regnū tibi facis obnoxium:tibiq; perpetuo Theodoricu; Regem:ac vni- uersam Italiam iūges amicitie foedere. Preterea tua regia digni tas tam preclaro facinore celebrata transibit in posteros ad eternā tui nominis laudem. Tanta deniq; claruit dicendi facundia diuus Epiphanius:q̄ excepta īnumera multitudine pro quibus precium tribuit:sex millia captiuorum ob solam sue sanctitatitis reueren- tia; ⁊ stupendam eloquentiam gratis concessa in Italiam reduxit. In itinere autem apud castellum Tarentas nuncupatum: mulier a demonio vexata stridens:⁊ fremens ad Epiphaniu; perducitur: sola cuius benedictione:cuncto obstupescente populo:liberat̄. Vo- luit enim deus etiam apud exteros miraculorū signis sui serui ma- gnam declarare sanctitatem. Postremo Rauene dum ibi esset apud Theodoricū:⁊ eo orante Lygurie populos graui tributorum exactione liberasset:ticinu; tanq̄ ad sepulchru; rediēs:graui mor- bo in agro parmensi corripitur. Ticinum vero cu; ingrederetur:ne populus contristaretur:cunctis incolumen qua poterat serena facie se exhibebat:quoniam suo aduētu totus populus:exultabat. Sed proh dolor:q̄ cito gaudium vertitur in luctum:na; ea met sui ad- uentus nocte ingrauescente letali egritudine:ad nouissimu; perue nit mortis diem dicens:mihi viuere Christus est:⁊ mori lucrū:mi-

fericordias tuas domine in eternum cãtabo in generatione: generationem: ore meo pronunciabo veritatẽ tuam: in manus tuas domine comendo spiritum meum: iam de celesti securus gloria illud propheticum celebrabat. Confirmatum est in domino cor meum: exaltata est gloria mea in deo salutari meo: aliaqꝫ etiaꝫ plura sacra verba prosequebatur optimus ipse pastor: pius: iustus: atqꝫ sanctꝰ: amator pupillorum: viduarum: patrie: ciuium: ac populorum: totiusqꝫ deniqꝫ Italie strenuus protector. Sicqꝫ de deo: de ecclesia: de patria: de toto latio meritus: data astantibus salutis eruditione: pariter benedictione: eius perbeata anima in celum ad beatoꝝ choros suscepta est. Anno salutis supra ducentos quinquagesimoprimo: sui vero Pontificatus vno: trigesimo. Sepelitur denium cum luminosa: speciosa: honorata sanctis suis sororibus ea i Basilica a suo nomine nuncupata: quam in honorem Illustrissimoruꝫ martyruꝫ Vincẽtij: atqꝫ Gaudẽtij extruxerat. Põtifex ipse piẽtissimus: patria genere: virtute ticinensis nobilissimus: meritoruꝫ autem amplitudine parens optimus: atqꝫ sanctissimns: quem vniuersus ticinensis populus maximis lachrymis: gemitibus multis diebus luxit.

Facto fine sacre hystorie diui Epiphanij: cuius mirãda virtus: atqꝫ sanctitas claruit tempore Gottorum ante longobardorum in Italiam aduentum: dum seuientibus bellis: in sanguine: ferro: incendio: preda: fuga: tota conflictaret̃ Italia: maxime Papia: adeo ꝙ mirum est: vt ciuitas ipsa: que tot: tantas calamitates: vastationes: ac dirruptiones antiquioribus seculis passa est: non sit solo equata: funditus euersa. Sed quẽadmoduꝫ fidem christianã nũꝙ̃ꝫ defuturam voluerit Christus: dum diceret Petro oraui pro te ne deficiat fides tua. Pari modo nunꝙ̃ꝫ deficiet Papia: pro qua diuus pater Syrus orauit: eam in eius aduentu celesti vaticinio future sue felicitatis certiorem reddidit dicens. Delectare gaudijs vrbs Papia: naꝫ minima in finitimis ciuitatibus non vocaberis: sed copiosa. Que quidem ciuitas: ipsa tota Italia Epiphanij cõsilio: miranda virtute: eloquẽtia: animiqꝫ celsitudine: angelica facundia: magna sanctitate: claritate miraculoꝝ salutem consecuta

est:redimendo captiuos:⁊ suis clarissimis legationibus ad turculē tos etiaȝ Principes:quos diuino placabat eloquio:sedādo bella: ⁊ confirmādo paceȝ:adeo vt eximios sue etatis sanctos pontifices quanto vel syderibus ceteris sol:vel mare flumibus cunctis:virtutum excellentia longe precelleret. Nūc a sacra eminentiqȝ diui Epiphanij hystoria:ad Enodium sanctitate:⁊ insigni virtute ticinēsem antistitem prestantissimum:transeamus.

De sancto Enodio Papie Epo. Cap. II.





Nodius decimus ticinensis eps:anno salutis supra ducentos octuagesimo:cū doctor:⁊ orator isignis haberet:ac magna virtute p̄staret:ab Hormisda summo Pontifice:Paulo dyacono teste sexto libro Romane hystorie:meritis sue eximie virtutis p̄ponitur:qui legatione fungeretur ad Anastasiuȝ cōstantinopolitanum Imperatorem hereticuȝ: cuius terra mens heretica perfidia deprauabatur:que mortalibus cūcta mala afferre solet:vt Enodius ipse christiana doctrina apprime eruditus per dilucida intemerate veritatis documenta a perfidia euȝ reuocaret. Verū princeps ipse dyabolicus:animo in sua perfidia obstinato:nihil nisi seuum:⁊ attrox cogitans:diuinū ipsuȝ virum Enodium:ac comites tot:tantorūqȝ laborum:⁊ periculorum socios:cum magna contumelia a seuo suo conspectu abiecit:⁊ quod deterius fuit:fragili naui impositos furēti cōmittit mari:mandans ne vspiam per totam Greciā ad vlla littora accedere sinerētur:quo omni destituti p̄sidio miserabiliter immergerentur. Carina autem concita ventis in altas maris procellas eleuatur:⁊ tumescentibus fluctuuȝ montibus horrebat naufragiuȝ:tūc illis ceruleus supra caput astitit imber:tūc maria vndiqȝ:

⁊ vndiq̃ celum. Dum vero tam ceca tempestate agerentur: terrore mortis intentis in celum oculis: atq̃ manibus orabant ad vnicum salutis presidium celestẽ pientissimũ parentẽ: ne pro exaltatione sui sanctissimi nominis pateretur perfidi Anastasij seuissimũ votũ impleri: sic orabant: sic flebant: sic mortẽ ante oculos habebãt. At Enodius cuius sacrum pectus dei erat templum sancto spiritu refertum: in summo mortis periculo salutẽ sperans: socios tanto pauore territos pia voce ad spem diuinam animabat. Dũ tanto terrore plena essent omnia: nec spes vlla salutis cerneretur: ecce q̃ imẽsa dei clementia: qui suos pro ĩmortali eius nomine certantes: ⁊ de sua misericordia confidentes persecutionibus sinit terreri: sed non perire: insperato ventorum flatu: furentibus ꝓcellis: cunctis circũquaq̃ obstupescentibus populis: salui omnes ad tuta iactantur litora. At perfidus Anastasius rabida feritate illorum mortẽ expectans: hac iusta dei vltione punitur: q̃ rediens in palatiũ: ictu fulminis interẽptus: animam efflauit ad inferos. Enodius demum vir diuinus: breui post tempore: ticinum reuertitur: a populoq̃ benigne cum maxima veneratione suscipitur. Sicq̃ in ꝓpriam sedẽ reuersus suam ecclesiam atq̃ patriã multis muneribus: tum diuinis: tum humanis ornauit. ¶ Preterea extra menia vrbis suis impensis diuo victori Basilicam edificauit: vbi plures instituit sacerdotes: qui die: noctuq̃ diuina officia ibidẽ persoluerent. ¶ Populi etiam salutẽ ad nouissimũ vsq̃ diẽ diffusa charitate curauit: diuites in officio ꝯtinuit: pauperes miranda pietate prosequebãt: solabatur afflictos: errantes autẽ salubri eruditione dirigebat in salutis portũ. ¶ Per has virtutũ scalas Enodius pastor optimus: qui tanto in honoris culmine habitus fuerat: ꝺ apostolica sede: de tota dei ecclesia: deq̃ sua patria meritus: ꝯsilio aucte: doctrina: diligentia: scitate: diuinoq̃ ingenio clar⁹ meauit ad celestia. Et ea in sacra ede eximio funeris honore tumulatᷣ. Anno salutis supra in exordio memorato: sui ṽo pontificat⁹: octauo: ⁊ decimo: toto colachrymãte ticinẽsi pplo: tanq̃ ꝓprio parẽte orbato. Verũ aliq̃ post tpa: vt venerãde ipse reliquie magis tuto: ⁊ celebriori loco seruarentᷣ: in vrbẽ ad regium scilicet diui Michaelis templũ ad id magis tam sacro thesauro exornandum: decenter translate modo coluntur.

Fine facto sacre hystorie diui Enodij sanctitate: ac egregia virtute. Presulis prestantissimi: cuius epistole scriptaq3 preclara ab eo anotata eximiam eiusdem doctrinam attestantur: qui claruit eo tempore quo Boetius illustris philosophus Theodorico latio imperante ticinum relegatur: quiq3 Hormisda summo pontifice dirigente: legatur in greciam ad Anastasium herecticum: cuius iniquo spiritu in furentem iactatur maris tempestatē: quā deo fauente: cū socijs sospes euasit: eodem proteruo Anastasio diuina vltione perempto. Nunc ad Damianum antistitem optimū: preclaris sanctitatis virtutibus alta doctrina: et ecclesiasticis actionibus insignē transgrediamur.

De sancto Damiano Papie Episcopo. Cap. III.





Amianus decimus et octauus ticinēsis eps. Anno salutj supra q̄trigētos quīq̄gesimo et tertio: magna et ipe floruit sanctitatis: ac doctrine prestātia: veluti eius tractatus atq3 epistole diuino ingenio edite ad hereticā prauitatē extirpandā in sexta synodo italie dillucidā fidē prestāt: que plurimū vulnere ad hereticam prauitatem extirpandam. Eius nāq3 tempore Papia clade pessima extitit depopulata: adeo q per vicos et plateas seges creuerat falce resecanda: et homines terrore perculsi in fugam salutis spem ponentes

domos deseruerunt ad montes: et nemora confugientes. Unde factum est: Paulo hystorico ad verbuz referente: vt nullus pastor in vineis: nullusq3 in agris cultor: aut messor inueniatur. Nocturnis quippe horis: ac diurnis vicisim tuba personabat: et quasi murmur gradientis exercitus audiebatur: sed nulla cōmeantium apparebāt vestigia. Preterea quod terrori cuncto erat populo: noctis tēpore duo visi sunt Angeli: vnus scilicet bonus: alter vo malus: quo quidem bono imperāte: malus venabulo quod suis gestabat manibus totam percurrens vrbem: edium fores pulsabat: et quot nocte ictus audiebantur: mane per singulas edes tot mortui comperiebantur.

Dum vero in tam horrendo mortis piculo populus Ticinensis esset constitutus: pius pastor ad eam fugandam pestem habito consilio cum Comperto longobardoruz Rege: per vniuersum clerum: atq3 populum rogationes fieri fecit: item ieiunia: ac oratiōes: et multa pietatis opera: vt desuper indulgentissimus celestis pater miserandum populum a seua peste liberaret. Deus autem ad orationes suas misericordie aures inclinans reuelauit: eam pestē extingui non posse: nisi vnum erigeretur altare in Basilica diui Petri ad vincula: in veneratione Illustrissimi Sebastiani martyris: in quo alique ex sacris eiusdem reliquijs reponerētur: atq3 colerentur. Tunc diligentia eiusdem pij pastoris: Cōpertiq3 Regis Sebastiani brachiū Roma Papiam delatum eo in altari sic extructo: magna cum populi veneratione: includitur: seruatur: et colitur. Et illico cūctis admirantibus: pestis ipsa est extincta. Non est etiam silentia pretereunda preclara legatio: qua vir ipse non modo sanctitate: sed et excellenti doctrina insignis: voce vniuersalis ecclesie Cōstantinopoli fungitur: ad Georgium ibidem Patriarcham hereticum perfidie tenebris obductum: vt eum reduceret in gremiuz sancte matris ecclesie. Sed nec etiam tacendum est: q cum inter Imperatorem: et Longobardos seuissima bella gererentur: hic pastor virtute mirandus: post multos legationum labores: adhibitis eloquentie neruis: sedauit bella: et pacem firmauit. Demum cuz Presul ipse optimus bisquindecem annis Pontificij munus mira sanctitate exercuisset: et perlucidis christiane religionis: fideiq3 radijs suas oues pspicue illustrasset: dirigens electos doctrina viteq3 exēplo in viaz salutis:

cuius laudes disserere pro magnitudine rerũ: magno opus esset eloquentie riuo: quoniã de vniuersali ecclesia christianaqꝫ religiones: principibus: ac populis: ⁊ sua patria benemeritus: quieuit in pace.

Quantum autem claruerit miraculorum signis ad comprobandam suam sanctitatem: testis est ille leprosus: quem in constantinopolitane vrbis ingressu solo osculo pristine saluti restituit. Testis item est gallus capellanus: qui cum sacras eiusdeꝫ diui patris tumulatas reliquias: manu sacrilega e tumulo trahere eniteretur: ⁊ eas eruere minime posset: campane eiusdem ecclesie mirãdo dei iudicio: vt sacrilegi perfidia in populum vulgaretur: nemine eas contingente: pulsare ceperunt: ad cuius sonitum concurrẽtes vicini: viso viro pessimo ad sacram aram in ausu sacrilego: confestim ad vrbis pontificem properarunt: cui ex ordine delictum enerrarunt: qui repente cum clericali sua familia ad eam Basilicam veniens iussit omnes pro sacrilego orare. At deus pietatis aurem ad eorum orationẽ inclinans: illum reatum suum grauiter deflentẽ liberauit. Venerabile autem corpus eiusdem diui patris: ⁊ optimi pastoris Damiani: eximio funeris honore: cunctis colachrimãtibus ticinensibus sepelitur ea in sacra ede: quam ipse in honorẽ alterius Damiani gloriosi martyris edificauit.

Fine facto sacre hystorie diui Presulis Damiani. cuius preclara sanctitas: atqꝫ doctrina: ad defenssandam christiane religionis fidem: ad extinguendam seuissimam in populo ticinensi pestem: ad reducendum Georgium hereticum in rectam vere fidei semitam: ad sedandam inter Cesarem: ⁊ longobardos bellicam hostilitateꝫ: non modo valuit: verum per omnia virum miranda virtute eũ ostẽdit: ⁊ magnam reportasse gloriam: signis insuper miraculorum radiantibus. Nunc ad Theodorum eminenti sanctitatis culmine Pontificem clarissimum sermonem conuertamus.

De sancto Theodoro Papie Epo. De aduētu Karoli magni in Italiam Desiderioqꝫ Rege captiuo facto. Cap. IIII.



HEODOrus post Petrum ticinensis episcopus ter quinqꝫ pontificauit annis. vir namqꝫ manifestis miraculorum signis: sanctitate vite: doctrina: sublimi virtute: ⁊ eximia pietate diuinus atqꝫ mirandus. qui regnante Desiderio Rege: ⁊ vacante ticinensi sede: ab eodem Rege diuina visione permoto in pontificem eleuatur. Quo quidem inuito ellecto: consecrationis gratia perexit Romam ad Leonem tunc summum pontificem. in quo itinere claruit miraculorum signis: oppressos a demone liberando: ⁊ alias eximias exercēdo virtutes. Uerum posteaq̄ȝ fuit consecratus: discedens a summo pontifice: inuicem se adiurarunt: vt premorientis eorum superstes ad funus accederet: illudqꝫ veneraretur. Sed vt in viam redeam. Theodorus Rome consecratus Ticinuȝ veniens ingenti leticia: ac veneratione a clero: atqꝫ populo suscipitur. Et in propriam fidem reuersus non statim in publicū prodijt: at seclusus in cubiculo omni spiritu sanctis meditationibꝰ aliquot dies incumbens de susceptis beneficijs deo gratias agebat: in ipsumqꝫ deum cūcta referebat: nihil in se virtutis: nihil sapientie: nihil deniqꝫ bonitatis existimans. ⁊ orationibus: atqꝫ lachrymis: ea deuotionis flamma: qua religiose mentes incendi solent: ad celestem orabat clementissimum parētem: vt maiestate celesti suggerente: bonus custos ⁊ speculator esse

possset animarum: vt verus esset preco ad euangelicam populo pre
dicandã: vt virtute lachrymarũ: ac orationũ populi mereretur de-
lere iniquitatem: vt pius esset pater pauperum suis subueniẽdo ne-
cessitatibus quantũ facultates paterentur: vt ab arriana perfidia il
lesam suam seruaret ecclesiaꝫ: vt deniqꝫ sibi creditas oues recta mã
datorum dei via dirigeret in celum. Sic orabat: sic flebat. Pastor
ipse pius iustus: atqꝫ sanctus. Transactis autẽ supplicibus lachry
marum diebus: cepit in publicum prodire: ⁊ suas oues diligenter i-
miscere. pauperum necessitatibus prouidere: fulminare vicia: vir-
tutes erigere. animos ad christianaꝫ religionem incendere. ad mũ-
di contemptũ: ad dei amorem: ac patriaꝫ celestẽ. Interea Karo
lus magnus Rex franchoruꝫ christianissimus: vocatus ab Adria-
no papa quo romanam tueretur ecclesiam. Quãuis sacra eiusdem
diui presulis referat hystoria euꝫ venisse cupiditate latius dominã-
di: ⁊ subijciendi suo imperio italiam: regi Desiderio belluꝫ mouit:
Papiamqꝫ magno milituꝫ exercitu obsedit. Furente auteꝫ ea gra
ui gallorum obsidione: dum aliquando ciues bello fessi arma depo-
nerent: pius pastor moenia deambulans salutari crucis signo de-
fensabat vrbeꝫ: quod videns quidaꝫ Karoli nepos: e medio viruꝫ
sanctuꝫ tollere volens: in eum vibrauit sagitam. At illico mirando
dei iudicio sagitantis guttur: propria sagita in eũ reuersa perfodi-
tur: sicqꝫ cruentissima nece mactatur. Hac tã manifesta dei vltione
terrent̃ hostes. Hac quoqꝫ stupẽda miraculi claritate Karolus cer
nens magnã antistitis sanctitatẽ: defuncti nepotis vitã tali federe
supplex ab eo poposcit. Qd̃ nullo vnquã tẽpore: presule ipso viuẽ-
te regi Desiderio arma moueret. Pastor vero sanctissimus mise-
ricordia motus annuit Karoli precibus: ⁊ in christi noĩe: ac virtute
cõfestiꝫ viuuꝫ nepotẽ sibi restituit: hoc prophetico carmine: qd̃ suo
semp erat in ore. Non nobis dñe: non nobis: sed nomini tuo da glo
riã. At cũ postea iuxta promissa Karolus obsidioneꝫ soluere nolet:
statiꝫ (qd̃ dei miraculũ cunctis seculis est memorandum) flumen ti-
cini adeo excreuit: atqꝫ intumuit: ꝙ nisi franci ad montes statiꝫ fu-
gã arripuissent: eo in flumine oẽs submersi furẽt: morte vita caruis-
sent. Huiuscemodi miraculorum clararitate post longam obsidio-
nem Papia diuinitus: ⁊ non vlla humana potentia fuit liberata.

Demum

Demum Theodoro pontifice sanctissimo: vita functo: frāci denuo Ticinum reuersi potentioribus armis Papiaꝫ vrbeꝫ ceperūt: atq̄ꝫ Desideriuꝫ vltimū longobardorum regem Flauium. Extincta est autem eo in Desiderio cunctoruꝫ Flauioruꝫ heroūꝫ gloria Anno salutis supra septigentesimuꝫ quinquagesimo ⁊ septimo: sui vero regni octauo ⁊ decimo apud ticinum: que quidem vrbs ducentis ⁊ vltra superioribus annis sedes regia: etiam postea iuxta diui patris Syri celeste vaticiniuꝫ inter finitimas ciuitates non minima at celeberrima claruit: ⁊ postremo sapientie domicilium. Nunc vt sacre hystorie finem attingam: redeo ad Theodorum virum sanctissimum. Nam cum ab hoc cenoso corporis domicilio: iussu pientissimi celestis parentis ei recedenduꝫ esset: Syrus atq̄ꝫ Inuentius quos dum vixit vt patronos semper coluit: sue resolutionis tēpus instare sibi annūciarunt: vt cum eis in celo eterna felicitate frueret̄. Mane autem consurgens: quod per visioneꝫ celestibus ipsis nuncijs eidem fuerat pronunciatuꝫ: conuocato clero populoq̄ꝫ vniuerso: narrat presul ipse diuinus: qui eminenti sanctitate: doctrina: virtute stupendaq̄ꝫ miraculorum claritate inter sanctos pontifices Ticinēses floruit: ⁊ hac precipua euāgelica doctria: charitatis flāma incensus: radianti quodam celesti eloquio omnes erudiebat: vt policitam in baptismo fidem christo seruarent: inimicis ignoscerēt: qua nulla carior hostia deo offerri poterat: proximo promissa seruarent quoniam si secus agerent: Christum simul atq̄ꝫ proximum deciperent. Discordes pace componerent. Dei ecclesiā ab arriana pfidia super omnia custodirent. Orationi deuote essent intēti. Principem solum haberent ipsum deum: vnde omniū sumerent initium quoniaꝫ deus absq̄ꝫ proximo: ⁊ proximus absq̄ꝫ deo vere diligi nō poterat. Et hec ⁊ alia multa salutis documenta: pastor ipse optim⁹ traddidit: que breuitatis gratia omittuntur. Interea dum ea sic gererentur: Leo summus pontifex de felici exitu Theodori diuinitus cōmonitus ad federis supra memorati obseruandū: Roma Papiam repente demigrans inuenit Theodorum ad vltimū vsq̄ꝫ spiritū iam peruentum: cuius perbeatam animam pro more ⁊ ritu sancte matris ecclesie altissimo cōmendauit. Tunc vir sanctissimus in celum eleuans oculos: ⁊ iam videns aule celestis arcana: que non pos

ſunt narrari lingua mortali: inquit. Venit Chriſtus vt carne ſolutus ad ſuum properem iudicium. Quo dicto perbeata illa anima in excelſa celi arce eternis gaudijs perpetuo fruitura glorioſe ſuſcipitur. Poſtea ſacratiſſimuz corpus ſuum eximio funeris honore eminentiſſima ſummi pontificis Leonis preſentia decoratur. vniuerſo Ticinenſi colachrymante populo: tamq̃z proprio parente orbato: qui meſtiſſimus ingenti merore: eum luxit pluribus diebus. Et tumulatur decenti confeſſoris loco ea in ſacra ede ſuo nomini dedicata. Cui Leo papa ipſe: vt maiori veneratione coleretur: magnaz veniam conceſſit. Ad cuius quidem tumulũ frequenti demoniacorum: aliorumq̃z languentiũ liberatione: ⁊ tunc ⁊ poſtea multa miracula claruerunt.

Poſteaquaz ſacre diui Theodori hyſtorie finem peregi: cuius ingens ſanctitas in omnes ſuo tempore bello furente gallorũ contra Ticinum: cum putarent robuſto exercitu totam italiam in ſuam redigere poteſtatez: maximis miraculorũ ſignis declaratur. quibus ciuitatem ſuam: quam poſt deum chariſſimam habebat: tutiſſime ſeruauit: ⁊ nomen ſuum imortali laude: longe: lateq̃z illuſtrauit: non terreno conſilio: non carnali prouidentia: non potentioribus armis: ſed magis oratõibus peruentis: deo deſuper largiente: ſue vrbis triſtitiam vertit in gaudiũ: ⁊ eius gloria venit in ſtuporez.

Nunc ad Lafrancbuz Antiſtitem perbeatum: elemoſinariũ vocatum extra Ticini moenia tranſeamus.





Afrāchi episcopi ex gropello Ticini oppido sacrā hystoriam scripturus: pellag⁹ suarū tribulationū: quibus dū sancte pontificaret vehementer conflictabatur: recensere cogor. Hic nāqꝫ insignis pontifex: vir sanctus: opere: doctrina: ꝯsilio: mirāda religione: ⁊ cōstantissima fide defuncto Petro presule vniuerso cōclamante clero: atqꝫ populo in vacantē Papie sedē est euectus.

Cum autem presulare cepisset: diuinum cultum precipua cura ampliauit. pietatis postea vexilla taꝫ copiose erexit in pupillos: viduas: orphanos: pauperes: ⁊ quoscunqꝫ miserabiles: ꝙ eque per omnes elemosinarius vocabatur. Nunquam patiebatur pauperes absqꝫ elemosina ab episcopali atrio discedere: ⁊ pro cultu mirande sue pietatis in singulos dies duodecim pauperes ad propriā etiam mensam colligebat: ceteris vero errogabat quottidianas elemosinas. Consanguineis deniqꝫ: non generis propinquitate: sed precipua charitate subueniebat. Catholice denum fidei erat strenuus protector: ⁊ hereticorum: atqꝫ malorum fortissimus expugnator.

Dum autē tantis vacaret sanctitatis operibus: tartareus coluber: qui a principio sue ruine euertere conatur vnitateꝫ sancte matris ecclesie: sanctorum operum suauitatem inficere: ⁊ quibus potest modis omnibus humanum genus perturbare: dolens nimium mortales ex lutea materia charitatem in terris constanter tenere: quaꝫ perfidus ipse draco in celo habere nequiuit: solito letifero veneno: quo nouit homines blando suasu decipere: suadet apparēter esse bonū: vbi fomentū latebat multorū malorū. f. ꝙ vrbis cōsules: seu rectores ꝓ muniēda republica a clero: ⁊ populo magnā exigerēt

pecunie quantitatem: quibus eam grauem exactionem aggredientibus magno spiritu pius pastor se opposuit: ne suo tempore imunitas ecclesie violaretur. Consules autem ipsi post multa cum antistite habita colloquia videntes ipsuȝ in sua sententia constantissimuȝ prohibuerunt (quod summe fuit iniquum) cuncta sibi ad vitaȝ necessaria: etiam ne quispiam panem ei coquere auderet: vt si vita potiri cuperet obtemperaret votis. At strenuus pontifex propterea a iusto proposito minime discedens ticinū deseruit: ⁊ ꝓperauit Vercellas: quem multi sacerdotes secum recte sentientes: secuntur in exiliuȝ. ¶ Paucis postea diebus ibideȝ commoratus: cepit iter Romam versus ad summum pontificem: cui grauem de predictis exponens querimoniā: pontifex ipse tante impietatis auctores ac conscios anathematis mucrone percussit. Interea duȝ hec aduersus antistitem tam proterue gererentur: diuino suggerēte spiritu: apud Ticinuȝ in rectoreȝ erigitur vir magne equitatis ⁊ iustitie: qui animaduertens pastoris absentiam: maxime circa spiritualia populo afferre grauem iacturam: ac animarum dispendium: dānans supra memoratam consulum pestiferam cupiditatem: furentem potius in vrbis euersionem q̄ȝ vtilitatem: tanq̄ȝ speculator ⁊ procurator non tantum publici cōmodi veruȝ salutis totius vrbis: atq; populi: solerti diligentia ad restitutioneȝ ¶ Pastoris adeo inuigilauit: ꝙ eum cum magno populi gaudio in propriam sedem reduxit. Dum autē postea pōtificij eximia opera presul ipē charitatis flamma icensus: pie sancteq; exerceret: dirigens suas oues ad celi arceȝ: ecce ꝙ denuo horridus draco inuidens tantis eius salutis actionibus tartareo solito veneno excitat consules contra pastorem: vt quādaȝ domum equorum stabulum: ⁊ rerum episcopatus conseruatorium: in ambitu pontificij atrij sitam: pro vsu reipublice omnino debeat relinquere: quibus optimus pastor inquit: bonorum Christi ⁊ diui patris Syri sum administrator: ⁊ non dominus: nam semel deo dedicata in alios vsus trasferre non liceȝ. At rectores tali indignati responso: magis contra presulem persecutionibus furere ceperunt. Vir autem diuinus videns in suo pastorali officio ob ꝯsulum effrenatam cupiditatē dei voluntatē facere non posse: decreuit omnino pontificij sedeȝ deserere: quo securitate potiretur: ⁊ celestia querere

possset. Cōmonuit tamē suos persecutores vt ab iniquitate disce
derent: ⁊ dei iudicium pertimescerent. ¶Postea cōuocatis sacerdo-
tibus eis obsignauit ecclesie thesauros. deinde properauit ad sancti
sepulcri zenobium dicens: Alieni insurrexerunt aduersum me: ⁊ for
tes quesierunt animā meam: ⁊ non proposuerunt deum ante conspe
ctum suum. Demum volens se ad abbatem: ⁊ monachos talia effe
rebat. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum an-
teq̄ȝ moriar. Modo me vestre subijcio discipline: ad exituȝ vsqȝ vi
te mee: quem proximum sentio. Hec est requies mea quam mihi ele
gi. Et licet abbas ⁊ monaci pijs lachrymis instarent apud antisti-
tem vt rediret ad suum regendum populū. noluit dicens: ad ponti-
ficij sedem nūquam se reuersurum: cui ciues non differrent succes-
sorem eligere idoneum. ¶Postremo pontifex ipse fundatus super
religionis ⁊ iusticie firmam petram: gloriam transeuntis mundi for
ti animo despiciens: ⁊ persecutiones patienter ferēs: per quas opor
tet ingredi regnum celorum: pientissimusqȝ pater pauperum: ac pu
pillorum ⁊ viduarum: fulminator strenuus hereticorum: ⁊ viciorūȝ:
erectorqȝ fidei ⁊ virtutum: vsqȝ ad mortem desiderio celestis pa-
trie perseuerans in dei amore: memor q̄ erat spiraculum: ⁊ imago
diuinitatis: tot ⁊ tantis magnificatis celestibus donis: eleuans ocu
los ad illius excelsi etheris globos: vbi imensus splēdor diuine ma
iestatis eterna luce fulget: meruit audire domini vocem dicentem:
Euge serue bone ⁊ fidelis intra in gaudium domini tui: ⁊ super ca-
put tuum de lapidibus preciosis eterne felicitatis suscipe coronam.

¶Post redditam deo Lafranchi perbeataȝ animaȝ miranda dei
virtute eiusdem sanctitatis magnitudine miraculorum vulgata est
in populos. ¶Primo suo sacro corpore in templo reposito priusquā
tumularetur: quedā mulier languens: que biennio gressum firmare
non poterat: ad eum perducta incolumis domum redijt. ¶Pue
rulus item cecus statim perspicuū recuperauit visuȝ. Infans quo-
qȝ continuis quinqȝ diebus morti proximus pristine sanitati est re-
stitutus. Cuidā itidē clerico: dū preciosis illud sacratissimū corpus
spoliare eniteret̄: manus aruerūt. Latro publico suspēsus patibulo
vltra Ticini amnē: eiusdē nō frāgit̄ gulla laqueo: sed intima cordis
prece iuocato Lafranchi presidio: viuus seruat̄: ⁊ euocato piscatore

laqueo soluit: ad Lafrāchiq; sepulcrū pperat: cui pro suscepto vite dono ingētes agit gr̄as: ⁊ ibidē deo seruiens vitā finiuit. Longum esset cūcta Lafrāchi diui p̄sulis ptexere miracula: que Bernardus suus successor: vir virtute p̄cipuus anotauit: ad triginta ⁊ octo: qui ⁊ si inter sanctos nō sit relatus: magnitudine tñ miraculorū quibus corruscat: eque tñ p oēs sanctus vocitat̄ qui sextus ⁊ quadragesimus in ordine pōtificū Ticinēsiū: postquā sedisset ānis decē ⁊ octo Anno salutis quadragesimoquinto supra octingētos: eius venerāde reliquie eo in sacro tēplo iuxta dn̄i sepulcrū: colachrymātib⁹ abbate ⁊ monacis: alijsq; multis fidelibus p funeris honore sepeliunt̄.

De sancto Bernardo Balbo Papie Ep̄o. Cap VI.





Ernardi eius nois secūdi Ticinēsis ep̄i: ex vetusta de balbis porte Damiani familia: sacris eiusdē hystorie scriptis sic attestātibus: venerāde reliqe ibidē etiā sunt sepulte. qui cū primo Fauētinus claruisset ep̄s: prestaretq; vite sanctitate ⁊ pontificij iuris egregia doctrina: essetq; magno in p̄cio: merito eximie sue virtutis a suis Papie conciuib⁹ in Ticinēsez ātistitē vocat̄. Quo pontificatu inito p̄ter suas p̄claras religiōis: ⁊ sanctitatis actiones: quosdā edidit tractatus ad ius canonicum ptinentes: post se scripto relictos: q viri p̄cipuā doctrinā p se ferre vident̄. vt ad vbū sua sacra refert hystoria: q̄ extrauagātes dicūtur: in qnq; libris di-

uisas:qb⁹ sūmā accōmodauit. de cui⁹ qdē ope ab eodē Bernardo
hec bisduo iscripta sunt carmina.
Hec ego Bernardus: genuit quem clara Papia.
Mitto: sȝ emēdent socij rogo nostra Sophia.
Qui decretales ad opus cōmune redegi.
Sub titulis summa: nunc Christo dante peregi.

Hic nāqȝ Bernardus pontifex eximi⁹: cū eo ī pōtificatū bisocto ānis sedisset: claruissetqȝ p̄stāti doctrina: religiōe: vita: ⁊ morū p̄stā tia: eo ī delubro diui Lafrāchi: cui successit ī pōtificatu: ⁊ cui⁹ sacrā hystoriā ī scriptis redegit sctitate: virtutib⁹: ⁊ turbine rerū admirā dā: qm̄ eū dū viueret: atqȝ etiā postea p̄cipua charitate venerebatur: iuxta eiusdē sepulcrum voluit sepeliri.

Posteaqȝ de Bernardo Balbo Ticinēsi ātistite canonica doctrina egregie docto: ac m̄lta v̄tute eximio: ceterisqȝ viris illustrib⁹ Ticinēsib⁹ scis. s. pōtificib⁹ finē fecim⁹: nūc ad alia suburbana tēpla trāseam⁹: q̄ ⁊ si exteris celebrēt ep̄is: i venerādā tñ diuoꝝ hāc pōtificū aciē: priusqȝ regia attigam⁹ tēpla merito ⁊ ipsi etiā redigentur.

De scto Apolinari Rauēne ep̄o sanctoqȝ Bobone. Cap. VII.





Polinaris eo i dlubro a suo noie nūcupato tu mulat̄ q sctitate clarissi m⁹ ab ap̄lo pricipe Petro fuit ordiat⁹ ep̄s: Rauennā deide mittit̄ ad pōtificādū: cui⁹ qdē sacrū corp⁹ p̄ tp̄a Ticinū dlatū eā i sacrā edē puetusta scripta fuerūt. Hic dū viuēt: ac ēt postea magnis claruit v̄tutib⁹: ac miraculoꝝ signis. Nā mortuos suscitauit: cecis cōspicuū reddidit visū: mutj eloqū: spurcaqȝ ⁊ nephāda idoloꝝ tēpla dirruit. Quid plura? vt dirigeret Christi fideles in viam salutis ingentes exercuit apostolicas virtutes. Demuȝ acerrimos ferens cruciatus ad corporis vsqȝ

laniatõez:⁊ ipsaꝫ deniqꝫ cruentã morte glorioſi certamis ad celeſte gaudiũ ſecũ reportauit triũphũ. Bobonis quoqꝫ ſcti militis e ꝓuincia oriundi:q pro Chriſti fide ꝯtra ſarracenos ſtrenue pugnauit: quiqꝫ dum Romam peregrinus ꝓperaret apud Uiqueriã graui morbo ꝯrept⁹ morit̃. Uenerabile eiuſdẽ corp⁹ Ticinũ delatũ:p̃cipua deuotõe ibidẽ colit̃. Una cũ brachio ſancti Thome ꝺ aqno.

De ſancto Martino.ſanctoqꝫ Bricio. Cap. VIII.





Ancti Martini terre arſe baſilica a Martio ſãctiſſimo Turonenſi epiſcopo nomen accepit:non ꝙ uerãde eiuſdem reliquie ibideꝫ ſedeant: at quoniã eo in loco ipſe Martinus fuit educatus:⁊ ſtupendis ab iſantia claruit miraculis. Nã inter cetera:quod fuit magnum ſue magne future ſanctitatis vaticinium: celeſti quodam igneo ſplendore terra arſit inter ipſuꝫ Martinuꝫ tunc infantẽ:⁊ eiuſdeꝫ nutricẽ. vnde poſtea ad hec vſqꝫ tempora ſanctus Martinus terra arſa vocitatur:hãcqꝫ memoriam populi in populos ſedulo tranſmittunt. Sed quod maximum eſt:⁊ admirabile. Martin⁹ more omnipotentis dei tres mortuos ſuſcitauit. Item Chriſtum celi:⁊ mundi dominum ſua veſte: quam egeno dederat:induit.ea profecto glorioſa fuit clamidis diuiſio:que Regem texit ſimul ⁊ militem.qui quidem vir diuinus cuius in ore niſi Chriſtus:i corde niſi pietas:pax erat atqꝫ miſericordia in tranſitu ſuo ab hoc vite ceno ad celeſtia: dyabolo ſibi aſtãti inquit:

quid hic stas cruenta bestia? nihil in me funestuz reperies. Abrae si-
nus me recipiet. O magnũ Martini sanctitatis argumẽtũ: iaz iaz
videbat aule celestis arcana: que nõ possunt narari lingua mortali.

Sed redeo ad Bricium in pontificij sede Turonensi Martino successorem: qui primo pontificante Martino in ea dyaconus magis florebat etate q̃z morum grauitate: qui Martinum habens in contemptum: cuidam pium pastorem queritãti inquit: deliruz queris virum: cui duz illico ad eũ puenisset: Martinus ait. O Brici: videor ne tibi delirus: qui rubore confusus negat ea verba suo ore prolata. Noli negare Martinus ait: quoniam tuo ori tunc ea verba loquenti mee inherebãt aures. Sed noueris q̧ a deo imploraui: q̧ mihi futurus sis successor in pontificatu: in quo ⁊ tu magnas pacieris iniurias: variasq̧ persecutiones: dixi. Tunc Bricius magis irridere cepit: quoniaz a pontificij culmine longe se putabat alienũ.

Martino demũ vita functo: Bricius creatur ep̃s: quo quidem pontificatu inito: alta mente ꝯsiderans inter villissimos computari dignitate alios precellentes: nisi virtute quoq̧ ⁊ morum sanctitate etiam excelleret: religiose vite cuz omni integritate adeo studuit: q̧ breui in optimũ ecclesie sue pastorẽ euasit. Dũ aũt vt pium decet pastorẽ sanctitatis vacaret vite opibus: quedaz impudica muliercula lautrix vocata p̃gnans effecta venereo cõplexu cuiusdã Bricij familiaris: tartarei colubris malignitate incensa: non familiarez: at ep̃m Briciuz affirmat tanti sceleris auctorez. vnde totus populus cõcitatur in propriuz pastorez: cũq̧ exclamat lapidibus merito obruendum: cuius scelera Martini magna sanctitate latuerant. At Bricius cuius religiosus spiritus in deo fidens: atq̧ constans erat conuocat populũ: simul atq̧ lautricez cũ infante in lucez ꝓdito triginta dieruz: ⁊ toto spectante populo in christi nomine adiurat infantem: q̧ si est: ipsuz nominet parentẽ: clamat infans: non est Bricius pater meus. Tũc magis instat populus: vt infantẽ cogat ꝓpalare parentẽ. Pastor aũt: qui ad cuncta sancto spiritu suggerente diuinitus ꝓcedebat: nõ debeo inquit aliena ꝓpalare crimina. populus item tanta miraculi claritate minime motus longe acrioribus vocibus exasperat Antistitẽ. qd̃ vidẽs Bricius ne ipse populus ea mala animi suspitione damnaretur: suum cepit birretuz: ⁊ incensis

carbonibus replet eum dicens. Hoc birretu ea lege ad diui patris Martini sepulchrū deferaz: q̄ si cōburrat: ipse reus sim criminis. Sequit populus diuinū pastorē ad ipm vsq̄ sepulchrū. neq̄ tamē aspectato birreto igneo ardore haud quaq̄ leso: tanq̄ stupēdo dei miraculo p̄sulis magna, pbata inocētia: iniquā deposuit suspitionē: at qd deteri⁹ fuit: rabido furore: a pōtificij sede optimū pastorē eiecit: illiq̄ suffecit quēdaz Justinianū: q dū pgeret Romā: ad quā iaz antea Brici⁹ pperauerat: dei iudicio Uercellis morit: cui⁹ in loco quidā Armētius erigit. Uez iterea Brici⁹ aplica fultus aucte: p pōtificij sui sede recupanda Turonū rediēs: qdā nocte i somnis diuinitus cōmonit: q̄ ad Armētij funus cellebrādū q̄ repēte ppare debeat. Demū eo ad decorādūz funus puēto: ⁊ sepulchro traddito Armētio: restitutoq̄ in ppriā sedē memorato pastore optio: sz solitis adhuc i vix scm pterui ppli furētib⁹ insidijs: terga voluēs vrbi Turoni: cui merito dicere potuit: o ingrata patria neq̄ ossa quidē hēbis mea: Ticinū venit tāq̄ ad ppriū sepulchrū p̄cipuo deuotōis affectu ad diui patris Martini basilicā: vbi tādē post scē actā vitā ei⁹ pbeata aīa celo suscipit. Ibidēq̄ eiusdē venerāde reliq̄e aliquo tpe quieuerūt: at postea cū magna veneratōe i vrbē Papie fuerūt delate ad sanctā Mariā capellā: vbi ēt hodie colunt. Floridi aūt diui martyris sacris reliqjs ea diui Martini Basilica venerat.

De scō Laureliano martyre. Cap. IX.





Aurelian⁹ inclitus martyr Decio Jmperatore regnante: dū Rome in christianos taz seua fureret persecutio: q̄ Christū cōfitentes: aut gladio capite trūcabant: aut cremebantur igne: aut feris laniandi tradebantur: aut mitebātur in metallum: cuz filio puerulo nomine Maximo religiose


educato: qui postea secum martyrio coronatus celo suscipitur. magnam hominu3 offendens multitudinem qui spurca idola colerent: cepit exclamare. O stulti: ꝛ ceci: cur dijs lapideis: mutis: ꝛ surdis imolatis: quibus vos ipsi longe estis meliores. Unde stati3 Pilla prefecto iubente capitur: trahiturq3 ad idoloru3 simulacra coléda. At Laurelianus in fide constantissimus exclamat: idola vestra non colo: solum Christum inmortalem deum verum adoro: cui seruio. Tunc prefectus nisi nobiscū nostros colueris deos diris supplicijs subieceris. ꝛ curuantib⁹ genua cunctis ad idola Laurelianus in celum alta voce sic orabat lachrymans. Deus omnipotens celi: ꝛ terre: omniumq3 creator: sicut dixisti. Si fidem habueritis: ꝛ monti iusseritis: ꝙ de vno in aliam se transferat locum: sic fiet: super hos: suosq3 deos tuam ostende virtutem: vt intelligant te solum verum deum: immortalem: atq3 tremendum. Cum autē filius eius puerulus respondisset Amen. Statim illa idolarum simulacra in aliu3 locum miraculose sunt delata: cum capite ad humu3 versa: ꝛ pedibus in sublimi. Pillas autem prefectus: qui manifesto dei iudicio totus irriguit: neq3 se amouere poterat: exclamat: Laureliane serue dei: si tua oratione liberatus fuero: Christum adoro: quo liberato Laureliani oratione magis rabidus cōminatur Laureliano: ꝙ nisi deos suos in pristinum restituat locum diris deficiet tormētis. Cui vir dei: si tui dij te iuuarunt: quo velint suis eant pedibus. Tunc prefectus cum victum misit ad Decium: ꝛ in via quādam matronam ab incurabili morbo liberauit: que postea cum omni familia ad fidem est conuersa. ductus autem ad Deciū: dum ꝯtemneret deorum cultură: appellaretq3 Deciū stultū: ꝙ lapideos ꝛ ligneos deos coleret: magnus ceditur cruciatibus. letus tamen diuinum inuocans presidium sic orabat. Deus in adiutoriu3 meum intende: domine ad adiuuandum me festina. Interea Decij filia stridens dentibus vexat̄ a demone sepius clamitāte. Solo Laureliano dei seruo iubēte recedere cogar: alius minime me depellere pōt. Qḋ videns Decius ait Laureliano: si filiā meā liberaueris: magnis te extollā honoribus atq3 diuitijs. At ipse: dij tui cur eam nō liberant? Sed si eam liberauero credes in Christum omnipotentem deum? credam inquit Decius. cui Laurelianus: magna perfidia est obduratum cor

tuum: verūtamen vt saluum faciam hunc astantē populū: ⁊ videat dei mirabilia: ⁊ credat. Ecce in christi nomine eam libero: que liberata: populus exclamat: verus ⁊ magnus est deus Laureliani. Sz ipse perfidus Deci⁹ asserebat ea fieri arte magica: iubetqз Laurelianuз cruento decolari gladio: nisi deos suos colat. Jnquit Laurelianus: duc me ad eos. ad quos cum applicuisset: ante suos pedes corruerunt omnes: in pulueremqз euanuerūt. Tunc Deci⁹ furore incensus perscindi linguaз fecit viro dei: qui tamen vt antea loquebatur: ad quem properans filia Decij: que a demone erat obsessa christiana est effecta. Demuз cum Laurelianus declarasset mori non posse nisi capite truncaretur: Decio imperante ducitur ad capitolium: ⁊ cum puerulo Maximo filio cruenta gladij cede mactatur. cuius quidem anima instar candide columbe e corpore egredi videbatur. Eorū nāqз corpora a fidelibus colachrymātibus deuote sunt sepulta Rome in cripta Calisti extra vrbeз ad tertium lapidem: regnante supra memorato impio Decio cum Hylla ⁊ Gelasio consulibus: secundo die februarij. postea eiusdem Laureliani venerabile corpus Ticinum est translatum: ⁊ recunditum in oratorio sacrarum virginum monasterij Senatoris per ducem Senatorem illustrissimum ibidemqз modo veneratur. Ad laudem regis eterni Jesus christi benedicti cui laus: honor: ⁊ gloria sit in eternum.

Jacobi Gualle iurecõsulti: Sanctuarij Papie Liber quartus.

De cõditore Edis sancti Michaelis: eiusqꝫ reliquijs. Cap. I.





Ccedo ad reges: in quoꝝ laudes non cõsurgunt ab eis extructe arces: vł excelsa palatia: aut eburnea marmorea sepulchra cum eorum statuis: ac insignibus que in posteros suam referrent vnam mundi memoriã. Nam ipsi principes viri armis: strenuaqꝫ virtute: at precipua religione illustres: ꝯsiderantes hanc vitam caducam breui sibi defuturã: ⁊ aliam perpetuã cito subsecuturaꝫ: memorata superius atria: ⁊ reliqua per tpa ruitura minime erigere voluerunt. Verum qꝫ primũ regie potestatis apicẽ apud Ticinum obtinuerũt: zelo christiane religionis: ad eiusdemqꝫ vrbis exaltationem: iuxta diui patris Syri prophetata: non circa humanum: sed diuinum cultum multa celitum delubra edificarunt: multorũqꝫ sanctoruꝫ reliquijs ea illustrarunt: multis iteꝫ sanctissimis religionibus consecrarunt: quo a Christi fidelibus maiori deuotione colerentur. Nam plura zenobia construxerunt: multis additis ꝑdijs: vnde clerici sacreqꝫ virgines die noctuqꝫ diuina officia ibidem celebrantes: vitam magis religiosam ducere possent: ⁊ eorũ orationibus: atqꝫ lachrymis populi peccata delerẽtur: ipsiqꝫ strenui principes ab hoc seculi ceno: diuina suggerente gratia: in supnã celi arcem demum recipi mererentur. Ipsi nãqꝫ reges in celebri templo diui Michaelis archangeli regalibus coronis: tonãte celo excelse illustrabantur: eo scilicet peruetusto euo: quo ob eorum magnitudinem hoc carmen erat in ore populorum. Manebit altum Flauie gentis decus. Nam eo Flauij cognomine Antharim Rex

tertius cepit appellari. Quorum perpotētum heroum vmbra:tota terrebatur Italia: ⁊ quorum consideratione:si inanem suam gloriam:breuem letitiam:atqꝫ potentiam:potestatis deniqꝫ humane lubricum:⁊ incertum statum recte meditemur:quo magis mundus nobis arriserit:magis a nobis est contēnendus:ac fugiēdus. Quoniam ossa vides reguꝫ vacuis exhausta medulis. Illud nāqꝫ diui Michaelis archangeli delubrum:vt per institutum ordinem temporum gradiar:non a primo Constantino:post queꝫ plures eiusdē nominis principes fideli scripturarum testimonio latio regnasse feruntur. At ab alio italie rege ticinensium cronice attestantur edificatum: eundēqꝫ Constantinum in eo fuisse tumulatum. Cuius gesta:⁊ tempora non referam:quoniam me latent:⁊ quoniaꝫ que certis scriptis habentur:ea solum presenti opusculo contexere decreui.

Decoratur autē Basilica ipsa venerandis reliquijs Enodij antistitis Ticinensis:qui ab ipsis incunabulis christianissim⁹: sanctitate:doctrina:⁊ virtute eminēs orator claruit:atqꝫ poeta:plura ēt edidit scripta. Eleuchadij quoqꝫ natiōe greci:magna scitate:doctrina:⁊ virtute archiepi̅ Rauēne corpus venerādū Ticinū delatū scriptis antiqs eiusdē vrbis attestantib⁹ codeꝫ in templo seruatur.

De ꝯditore sancti Joānis in burgo eiusqꝫ reliquijs. Cap. II.





Rothari⁹ rex a Rochis genere descendens:rei militaris prestātia:⁊ ingenti animi virtute tāta claruit: ꝙ teste Paulo dyacono libro q̄rto hystorie lōgobardoꝝ: Romāos:atqꝫ Rauēnates potētiorib⁹ armis supauerit: ex quibus bisquattuor millia ad fluuium Emilie:bello interiere:omnēqꝫ etbruriā: atqꝫ liguriam:cū locis maritimis vsqꝫ ad franchoꝝ fines in suā redegerit potestatē,

Tāti insup fuit ingenij: ⁊ iustitie cultor: vt leges quas lōgobardi sola memoria tenebant: ⁊ obseruabāt: digesto contextu scriptas in cōdicem redegerit: edictūq; appellauerit. Mortuus est aūt stre nuus ipse princeps octauus Rex longobardoꝝ sexto ⁊ decimo sui regni Anno salutis vero septimo ⁊ trigesimo supra sexcētos: tumu laturq; vno sepulchro cū filijs regibus: Rodoaldo scilz: ⁊ Arialdo: Gōdibergaq; regina: in tēplo ab eo erecto in honorē vtriusq; Joā nis imprimis baptiste domini percussoris: ab quo ipse dominus in Jordane fuit baptizatus: ⁊ quem eiusdez dñi vox inter natos mu lieruz maiorē attestatur: altero vero apostolo: ac euāgelista: qui dū in cena dñi in eiusdem gremiū caput suū inclinasset: diuina accepit arcana: ⁊ cui virgini: virginem matrē Christus in cruce cōmenda uit. Quo Rege sic sepulto in eo templo vbi paruus est lapis mar moreus rotūdus versus capellā sancte Trinitatis prepositi Anto nij gualle necessarij mei: cuius magna diligentia illud templum: qđ antea multū declinauerat: fuit instauratū: ac decoratū: cuiusq; do ctrine: ⁊ virtutis sane eximias laudes: ac vitā religiosam apud oēs laudabilez nō attingā: sed ea alijs predicāda relinquā. Et vt in viā redeā: fertur quēdaz sacerdotē nocte regiū sepulchrū aperuisse: re gemq; ꝑciosis spoliasse: cui beatus Joānes baptista: cui Rex ipse mi ra deuotione dū viueret deditus erat: per quietis visum apparens vehementer euz exterruit: ⁊ iterminādo inquit: cur ausus es corpus huius homīs cōtingere? qui se mihi cōmēdauit: ⁊ q: hec facere pre sumpsisti: nunq̄ in meā Basilicaz deinceps ingressum habebis. Et sic euenit. Nam quotiēs ille sacrilegus eam Basilicā ingredi euite retur: totiens illico vehemēti impetu: nemine viso: illius guttur ve luti a pugillo vulnerabat: retro ꝓstratus. Subiungēs idez Pau lus hystoricus ad cōprobandā rez ipsaz tam mirandā sic gestaz hec v̄ba. Veritatē in xp̄o loquor: hoc mihi ipse retulit: q hoc ipsuz suis oculis factū vidit. Aliud quoq; fert ibidē mirandū: q in diui ar chāgeli Raphaelis capellā: in q̄ venerāda scōruz martyꝝ corpora: Felicitatis: ⁊ filioꝝ in eminēti archa suum hñt domiciliū: mulieres igredi terrent: ne eodē igressus āno: furēti morte rapiant intermi natōe angeli Raphaelis ad quādā zelotipā Reginā Regez maritū eo vsq; claz secutā. Solebāt aūt reges ipi Flauij flāma illa deuo

tionis q̄ religiose mētes incēdi solēt: noctis ēt tpe a sepulcro Regū lōgobardorꝝ scō. s. Saluatore sic antiqoribꝰ seculis vocitato: ex̄ vrbis Ticini menia ꝺmigrātes p subterraneā: quā vocāt Regū tūbā: nūc fere totā: ptiz diruptā: ptiz collapsaz: ad eaz capellā ꝓperare: ꝛ p demeritis suis: nō thure: nō hostia: nō pciosis muneribꝰ deū placare: sꝫ morꝝ emendatione: ꝛ ꝯtricti cordis feruenti orōne. Zelo igit̄ diuini amoris: diuiniqꝫ cultus: tam longam longis muris extruxerant tetram tūbam: per lapidem protendentem ad ipsaz capellam: quam noctu omnibus quiescentibus: per tam tenebrosuz terre ambitum deuotionis gratia inuisebāt. quo ex hoc terreno regno ad celeste deus dominator omnium cum principibus celi eos demum in eterna felicitate collocaret: ceteris huius seculi principibus optimū in omni euo memorandum documētuz. Illud itaqꝫ diuini Joannis in burgo celebre oraculum pluribus colitur sanctorum venerandis reliquijs cūctis tēplis Ticini vrbis precipua diligētia eiusdem memorati regis Rotharij: cuius strenua manu bellica: roma a barbaris fuit liberata: ꝛ pro eo vrbi: reiqꝫ publice christiane: taz ingenti salutis prestito dono: grata cōcessiōe sedis apostolice: venerāda corpora sanctorꝝ Felicitatis: ac fliorū: Job quoqꝫ patientissimi. Itē Thobie patriarce. Thobiniqꝫ filij: atqꝫ Sarre: Rex ipse cum magna veneratione ticinū deferri fecit ad eū templū: ibidēqꝫ seruātur. Ipsius vero inclyti principis aduersus barbaros habita bella i eiusdez tēpli pariete versus Ticinū peruetusto more depicto in rei memoriam adhuc extant. Quorū sanctorū corporū nomina vt supra delata: ꝛ alia que ibidem tumulantur: hic iferiꝰ ānotant̄.

Vrciscenus ep̄s
Maximus ep̄s.
Petrus ep̄s: postea papa.
Job patientissimus.
Thobia patriarcha.
Thobinus eius filius.
Sarra vxor.
Valerianus Cicilie sponsus
Gaudentius.
Franchus.

Felicitas sanctissima mater: scilꝫ
Januarij
Felicis
Filippi.
Siluerij.
Alexandri.
Vitalis ac Martialis.
Omēs cū diua matre glorioso martyrio coronati.
Tiburtius
Valentinus.
Innocentes duo.

De sancto

De sancto Vrcisceno Papie Epo: auarorumq; pfidia. Cap. III.





Nunc autem iprimis dicenduz est de viris illustrib⁹ Ticinesibus: sanctis. s. pontificibus: Vrcisceno ⁊ Maximo: ac Petro postea papa creato: qui sub Christi supra memorato vexillo ab diuo patre Syro Papie erecto: pro salute suorum ciuium strenue militarũt. Naz Vrciscenus hanc memorandam affert sentẽtiam qui plures appetit: seu cõplectitur diuitias: plurib⁹ subijcitur hostibus: ⁊ qui quietum appetit statum: assumat humilem. Recte Vrciscenus refert diuitias appetentem: hoc est auarũ: subijci hostibus: quẽ hosti dyabolo seruientem cõstat fieri idolatraz. Nã auarus auidus. s. eris: qui se idolorum obtulit seruituti celesti voce per Paulũ resonãte: quem Augustinus comparans heretico a regno celorum damnatum affirmat: radix est omnium malorum: quẽ etiam Hieronymus predicat omnium predonum superare crudelitatem: ⁊ quem Chrisostomus refert: imundissimus turpiorem porcis: diuinisq; preceptis cõtrarium: illis precipue duobus: in quibus pendẽt leges ⁊ prophete: ⁊ omnis est plenitudo legis: que eniz ei dei dilectio esse põt? qui idolorũ seruus est effectus. que proximi charitas? cuius ceca mens cupiditate deprauatur: que ex contemptu diuine maiestatis errupit. quippe cum deus cõmunem omnibus terram dederit: vt nulli deesset quod omnibus nasceretur. Sed auarus totius cõmunis vtilitatis hostis sui cõmodi causa: dignus odio

omnium mortalium:sub humano vultu truculenta latens bestia pa rata ad omne nephas: cunctaqꝫ elementa: sol scilicet: aer: terra: ⁊ aqua ad hominis vsum producunt:auferre nititur: ⁊ sibi soli includere:medio cuius perfidi cordis aurum dominatur:quo omnia habet venalia:ipsam imprimis veritatem:ac iusticiam: item pietateꝫ: sanctissimamqꝫ religionē. ¶Percurramus obsecro cunctas ciuitates:⁊ oppida:forum:vicos: templa: atqꝫ theatra: si inueniemus auarum viruꝫ bonuꝫ:putemus phoeniceꝫ reperisse. Sunt eniꝫ auari impij:acerbi:crudeles:proditores:⁊ homicide cuiuscūqꝫ hominū status:atqꝫ etatis.nullum scelus omittunt:spe cōmodi oblata.fraudant pauperes:diuitibus insidiantur:expillant socios:ignotos vexant:rudes decipiunt:omni malo facinore letantur.optant interitum agnati:cognati:affinis:necessarij:noti:atqꝫ ignoti: modo tantilulam sperent ad eos peruenturam hereditatem.gaudent tantam ānone videre charitatem:quo fame pereuntes filij a parentibus nō habentibus panem defleantur.non miserorūꝫ cōmouentur lachrymis:non fletu:non singultibus:nō anxijs vocibus: modo īmanissime ipse fere suam repleant cupiditatis vastitateꝫ.Seculi quoqꝫ pri cipes:ac rectores nisi eam effugiant truculentam pestem: nil pium: nil honestum:nil equum:nil iustum: aut sanctum efficere possunt nul la legum frenantur obseruantia:nullo iusticie cultu: religioneqꝫ nul la:noua semper in pectore versant consilia ad omne nephas:afferen tes sibi ipsis seruitutem dyabolicūqꝫ dominatuꝫ:quoniam quo plu ra assequuntur:eo ampliora concupiscunt:perpetuaqꝫ auri siti:mo re Tantali cruciantur.Hi sunt quibus tonitruās:⁊ fulminans chri stus eternus iudex iratus:ab excelso sue glorie trono:quo nil terribi lius horribiliusqꝫ cogitari potest:assistentibus cētenis milibus angelorum:atqꝫ sanctorum voce tremenda:longe lateqꝫ tonante:qua petras scindet:monumenta franget:vincula mortis dissoluet: inferos aperiet:⁊ vniuersos mortuos cōsurgere faciet:demūqꝫ taꝫ defunctos:q̃ꝫ superstites ad iudicium venire compellet: ad vlciscendum contra auaros sanguinem egentium exclamabit:esuriui:paneꝫ mihi non dedistis:sitiui:non dedistis mihi potum: nudus fui: ⁊ me non cooperuistis:in carcere fui:⁊ me non visitastis:qua quideꝫ pietatis hostia nulla carior poterat mihi imolari. Ite maledicti i ignē

eternum: vt a dyabolo perpetuo torqueamini: quem in patronum vobis elegistis. Cum autem Urciscenus ipse presul mitissimi ingenij: mire sanctitatis: virtutis: et gratie: ad misericordiam: pietatem: clementiam prumptissimus: sancte: pientissime: ac religiose Ticini populum ob mirandam eius religionem christianum dei populum appellatum cum maxima omnium beniuolentia: annis bisdecem et tribus integerrime gubernasset: moritur anno salutis centesimo et septuagesimoquarto: eximioque honoris funere a Ticinensi colachrymante populo eo in templo sepelitur.

De sancto Maximo Papie Episcopo Regisque regimine.

Cap. IIII.






Maxim9 maxima sanctitate atque doctrina pastor insignis: ibidem etiam quiescit. cuius homelie ab eo edite: ab ecclesiaque recepte venerabili lectione in ea leguntur. hic namque pontifex eruditissim9 suo tempore magno habebatur in precio. Nam ad regis eruditionem in sua quadam homelia de ieiunio hec preclara habetur sententia. Quod rex qui pro salute ciuium magis se confitetur peccatorem esse quam regem: obliuiscitur se esse regem: neque sue meminit potentie: vbi diuinitatis agnoscit potentiam. Rex igitur diuinitatis potentiam agnoscens in regio suo regimine omnem fidem atque timorem

ad deum conuertat: vt Josue: dei vero honorem plusq̃ proprium appetat: vt Job. Legis etiam zelum: ac proximi cõmodum: vt Judas machabeus. Nam Regis officium: teste Hieronymo: propriũ est facere iudicium: ac iustitiam: ⁊ liberare de manu calumniantium vi oppressos: ⁊ peregrinis: ac pupillis: ⁊ viduis qui a potentibus facilius opprimuntur: prebere auxilium. quod si egerint pristinam tenebunt potestatẽ. Principibus autem: ⁊ potestatibus ipsis fideẽ: ac reuerentiam prestare oportere. Ciprianus quoq̃ inquit: Regẽ debere furta cohibere: adulteria punire: impios de terra perdere: paricidas: ac periuros non sinere viuere: filios suos non sinere impie facere. Rex item Jsocrate philosopho de institutione principũ perspicue erudiente: sui memor celsi nominis: nihil vnq̃ tanto nomine indignum facere: aut dicere debet: conferens omnem curam ad bonos mores: ac diligentiam: ⁊ sapientiã adipiscendam: cum nihil sit difficilius: q̃ bene imperare: nihil detestabilius isensato Rege. Suosq̃ ciues: suãq̃ ciuitatẽ tributis non opprimat: nec secus eã gubernet q̃ suam regiam aulam. nullas nutriat inter subditos discordias: quos omni studio conetur in pace continere: eorũq̃ fidem ⁊ beniuolentiã in se conuertere: quoniã non thesauro: non muro: sed amicorum virtute: non armatis: sed ciuiũ beniuolentia: nõ sathelitibus: sed proprio ingenio: propriaq̃ virtute circũseptum tutũ oportet esse Regẽ. Rex deniq̃ in arce iustitie: que regina est virtutum: constans: ac rectus: sanctarũq̃ legum cultor sit strenuus: ⁊ subditorum peccata puniat. at iustos: insontesq̃ non ꝯtingat: quoniam dei sunt membra: qui eorũ vlciscitur iniurias. Rex iustus: ait Salamon: erigit terram suam: iniquus autem destruit eam. si iudicat pauperes in veritate: in eternum firmat tronum suum. his nãq̃ preclaris artibus regna: principatus: ⁊ dominia acquirũtur: ⁊ parta seruantur. Uiolenta autẽ imperia: non diu durant. Adulatorẽ fugiat detestandã pestem. Ueritatem super omnia colat: christianiq̃ religionem. que in Rege precipue debet elucere: si in posteros suum optat transmittere imperium. Nam Abraam quoniam pro obseruantia religionis Jsaac filium deo imperante imolare non detractasset: in excelso celi palatio modo fruitur felicitate eterna: ⁊ sicut arena maris: in terra genus suum: benedicente domino:

est multiplicatum. Sepelitur demũ presul ipse eminẽti doctrina: virtute ⁊ sanctitate insignis: bene de deo de clero Ticiniqꝫ populo benemeritus: quẽ ad religionis ⁊ iusticie obseruantiã sedulo adhortabatur: dabatqꝫ precipuam bene beateqꝫ viuendi rationẽ: Anno salutis ducentesimo ⁊ septuagesimo secundo: sui vero pontificatus quinto ⁊ decimo: eodem in templo ingenti honore christiano collachrymante populo tãquam ꝯmuni parente orbato. Et volẽs deus post mortem eiusdeꝫ diui patris magnã declarare sanctitatẽ: dũ noctis tempore quidam fur aram: vbi sue venerande reliquie seruãtur: pallio non parui precij spoliare eniteret: ecce ꝙ mirãda dei vltione: sacrilegus ille neqꝫ manus nec pedes ab ara supra memorata vnquaꝫ potuit amouere vsqꝫ ad mane. Tunc superuenientibus canonicis fur suum intimis cordis visceribus deflens reatuꝫ pia voce deprecabat: vt a beato Maximo veniã pariter ⁊ liberationẽ ꝓ eo suis orationibus impetrare dignarent. Et quia sancti dei misericordiam malunt ꝙ̃ vindictam: fur liberatur: ingentesqꝫ deo ac beato Maximo agit gratias ꝓ tam mirando salutis prestito dono.



De scto Petro Papie epo sũmo deide põtifice. Cap. V.



Etri qꝫ epi ea i sacra ede sacrũ corpus tumulat: cuius fert illd stupendũ miraculũ: cunctis seculis memorandum: quod statim subsequit. Nam cum in ticinensi sede eximia virtute aliquo tpe presul claruisset: postea fuit sublimatus celsiori põtificatus culmine. Que oia de co Petro hic

relata habent̄ in peruetusto pontificuꝫ ticinensiuꝫ libro: in quo tradit eius miranda hystoria: q̄ dum in culmine sedis apostolice pontificaret: ⁊ quadam corporea egritudine laboraret: curandi se gratia extra vrbem properasset ad quoddam balneum: sed prohdolor ibidem vbi diuus ipse pastor vniuersalis reipublice christiane salutem se posse consequi sperabat: cruētum tulit interitum. Nam eo in balneo insidijs quorundam cardinaliū strangulatur ⁊ enecat̄: eiusdemq̄ʒ sacrum corpus in quodam sterquilinio clam humatur: ne facile comperiri posset. Uerum deus cui omnia patent: ⁊ qui non patitur huiuscemodi execranda crimina remanere inulta: papa creato vno ex conscijs tam horrende necis: infra triduuꝫ repentina morte defertur ad inferos: pari modo secūdus creatus: itē ⁊ tertius: neq̄ʒ quispiam eorū decimum potuit attingere diē. Et videns romana curia tam manifestuꝫ dei iudicium tota est territa: tota rogationes per vniuersam vrbem agit ad implorandā dei clementiam supra christianā religioneꝫ. Demum diuinitus est reuelatuꝫ: vt accedatur ad sterquiliniū supra memoratū: sacrūq̄ʒ Petri corpus effodiatur: ⁊ pontificij fastigio exornatuꝫ deferatur in diui apostolorū principis Petri sedeꝫ. Ubi cui genibus flexis cunctis orātibus: cadauer defuncti pastorale sceptrū porrexerit: hic nutu diuino i summum subliment pōtificem. Que quidem oīa cum maxima religione fuerunt obseruata. Et posito in defuncti manu pontificij sceptro: ⁊ cunctis ingenti deuotionis affectu deflentibus diuinam electionem: ecce q̄ʒ mirabilis deus in sanctis ⁊ virtutibus suis: q̄ obstupescentibus omnibus dextera defuncti manu ex astantibus viro miti ac toto diuino sceptrum porrigitur: qui mox tonante celo summus pontifex creatur. Uoluit enim deus ea miraculi claritate sanctitatem: ⁊ veritateꝫ serui sui declarare: ⁊ perfidiam malignantium. Quod quidem corpus venerandū postea Papiā delatum vno sepulcro cū eodem Urcisceno modo tumulatur. Et q̄r preter hoc stupendum miraculum de ipso Petro nil aliud celebre comperui: ad Job principem atq̄ʒ patriarchaꝫ stilus noster ex ordine dirigetur: ibidem quoq̄ʒ tumulatum.





Job igitur cui primo Joab nomen fuit: vir illustris: sanctissimusq; ppheta: ꝛ clarissim⁹ philosoph⁹: ex Zareth patre: matre vero Borsa nascit̃: ex Esau filijs ab Abraā qn t⁹ descendēs: sanctissimis attestātib⁹ Augustino Gregorio Nicolaoq; d lira: q post patrez in edom Machaba ciuitate themanorum regione dux regnauit. Hic nāq; Job iustus erat: rectus: modest⁹: atq; prudens: temporibus sapienter vtens: adeo pientissimus ꝛ veritatis amator: vt ne ioco quidem mentiretur. Quātū autem continēs fuerit ꝛ patiētissimus: ꝛ veritatis amator: eiusdē hystoria dilucide testat̃. Ex Arabissa vxore mares tres: tresq; femias ꝯcepit. Diuitiarum copia inter oēs sui temporis orientales ingēs sibi erat: cui⁹ possessio septē milia fuit ouiū: tria camelorū: iuga bouz quinquecētuz: asine ꝛ familia multa. Uerū eius animi fortitudinē: vt certo argumento dn̄s ꝯprobaret: permisit vt a dyabolo tētaret̃. Qui qdē coluber accepta ptāte (anima tn̄ semp salua) oēm eius pdidit substātiam: ac filios filiasq; oēs: ꝛ graui vulnere vlcerauit eū. Sed i omnibus Job suis labijs nō peccauit: ꝛ in terram corruens cū lachrymis dixit: Omnia mihi dedit dn̄s: dominusq; abstulit: nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus quoq; illuc reuertar: sit iquit nomen domini mei benedictum. Ad eius deniq; patientiaz conuersus dominus: omnia quecunq; ei a principio fuerant: duplicauit ꝛ pristine eum restituit sanitati. Postea ouium quatuordecim milia ei facta sunt: sex milia camelorum: milleq; iuga boum: asineq; mille: septem preterea filios: ꝛ tres mire speciositatis filias etiam genuit. Post deniq; tantam comprobationē totius scilicet substātie: ꝛ filiorū perditionē: post carnis vlcerationez: post diuinā vocē:

qua promeruit laudari: q in toto orbe similis non esset ei. Demum Job insigne religionis & patientie specimen: quē altis laudibus celebrat ecclesia: annis superuixit centum & quadraginta: viditq; suā prolem vsq; ad quartam generationē. Suos scripsit labores: atq; patientiam libro suo nomine prenotato: cuius quidem singula verba magnis sunt plena sensibus. Resurrectionem deniq; mortuorum prophetando: neminē manifestius: vel preclarius: aut cautius scripsisse constat: dicens: Scio q redēptor meus viuit: & in nouissimo die de terra sum surrecturus. & reliqua: que Job admirandam sanctitatem & patientiam: ac celsam virtutum arcem amplissime declarant. Cuius quidem venerande reliquie in capella diui archangeli Raphaelis coluntur.

De sancto Thobia propheta. Cap. VII.






Thobie quoq; corpus venerandum ibidem etiam suum habet domiciliū: qui ex tribu: & ciuitate Neptalim admiranda religione: ac pietate propheta claruit sanctissimus. Solabat affictos: subueniebat egenis: visitabat egrotos: sepeliebat mortuos: errantes in viam veritatis dirigere studebat. A Salmasare rege: mira patientia captiuitatem sustinuit: & longa cecitate probatus cura archangeli Raphaelis miraculose meruit liberari: & supra cunctos iudeos exaltari: recuperata in decuplum substantia: quam magnam perdiderat. Demum cum ad duos & centū peruenisset annos: & predixisset Christi aduentum: deo spiritū reddidit gloriosum. Cuius quidem corpus a Thobino filio ac nepotibus cum veneratione & multis lachrymis in Niniue fuit sepultum: postea Romam: postremo Ticinum cum eiusdem Thobini & Sarre corpore delatum. Que quidem Sarra Raguelis vnica filia admonente angelo Raphaele comite Thobino proficiscenti in Rages ci-

uitatem medorum ad Gabellum pro consequendis argenti decem talentis: eidem Thobino fuit desposata. Qui cum antea eã nollet accipere: propterea q audierat septem viros: quibus tradita fuerat: mortuos esse: angelus illi inquit: Noli expauescere: illi etenim mortui sunt: quia sicut equus et mulus in quibus non est intellectus: deum excludentes a mente ad virginẽ properabant: soluz vt explerent libidinez: ideo super eos demon habuit potestatez. Qui vero cum dei timore: et prolis: non libidinis amore iunguntur: prolis felicitate letantur. Tu autez cum acceperis virginem: prima nocte ingressus cubiculum: item secunda et tertia: tribus ꝯtinuis diebus vacabis cum ea orationibꝰ: et accenso piscis iecore fugabit diabolus. Tertia vero trãsacta nocte: cuz dñi timore: et ꝓlis amore magis q̃ꝫ ductus libidine: accipies virginẽ: et in semĩe Abrae cũ gratia et bñdictione genus inclytũ scõꝝ patriarcharũ maioꝝ tuoꝝ multiplicabis

De sancta Felicitate cum septẽ filijs martyribus. Cap. VIII.





Elicitatis item sanctissime reliqe atqꝫ eiusdem filiorum: Januarij .s. Felicis: Philippi: Syllani: Alexandri: Uitalis: ac Martialis: ea in angelica capella precipua veneratiõe coluntur: que mirãdis est efferenda preconijs ob suum tam profusum fidei feruorem: ab diuo Augustino ꝑclaro quodaz sermone suo celebratũ. Ait eniz illud magnũ eẽ fidei nostre ante oculos nostros positum spectaculum: q Felicitas ipsa sanctis-

sima sub Antonino ĩpatore: Rome atrocissimo martyrio cũ filijs p Christi fide coronata: p̃ter matrũ ↄsuetudinẽ ↄuersa ad filios añ eius oculos trucidatos ad martyrij palmã p hec v̀ba animaret: Vi dete mei filij celũ: ⁊ sursuz aspicite: vbi vos Xp̃s expectat cũ sanctis suis: pugnate p animab⁹ vestris: ⁊ fideles vos in amore Christi exhibete. Cõstituti deniq̃ ipsi in manib⁹ tortoꝝ: ip̃mis Januarius primogenitus post virgaꝝ v̀bera plũbatis cruẽtissima cede ĩterijt. Felix ⁊ Philipp⁹: truculẽtissime sustib⁹ mactant̃. Syllanus autez p̃cipitio imanissime ĩterficitur. Alexãder: demũ Vitalis: ac Martialis: in ore gladioꝝ crudelissime vitã finierũt. Tãdẽ p diuersa tormẽta ipsis filijs itereẽptis: ipsa Felicitas mater: de filijs ĩ xp̃i fide fidelissimis pmanẽtib⁹ vsq̃ ad emissionẽ sp̃ũs: ⁊ eoꝝ glorioso martyrio leta: in magno cruciatu mortisq̃ certamie gloriosuz martyriuz ↄfitẽdo xp̃m ↄsumauit: ⁊ coronã ppetui triũphi ẽ adepta. Preclarũ sancẽ Felicitatis exẽplũ: dignis laudib⁹: cũctis seculis celebrãdũ: q̃ ipsa femia: femineo deuicto fragili sexu: supata matrũ ĩ filios tenerrima ↄsuetudine: eos ad cruciatus: ad tormẽta: ad truculẽtissimã deniq̃ ip̃az mortẽ p xp̃i fide ac amore incẽderit. Hãc mr̃es doceãt eaꝝ filios scissimaz fidei religionẽ: vt eos ad celestis thesauri p̃mia dirigãt. Hoc p̃dicẽt oẽs regiones. Hoc stupẽdũ deniq̃ fidei exẽplũ: ppl̃i trãsmittant in posteros ad eternaz rei memoriam.




De sancto Valeriano: ⁊ Tiburtio martyrib⁹. Cap. IX.



Valerianus Cecilie virginis mirã de sanctitatis sponsus: eodẽ in delubro cũ Tiburtio quie-

scit. Qui ⁊ ipsi nobilissimi ciues romani: furẽte in christianos ea ꝑsecutione: inuicto animo Rome martyriũ pro Christo ferentes: fustes imprimis: quibus cesi sunt: tandem fero iubente Almachio gladio decollanť: eorũq; spiritus in celũ delati eterna felicitate fruunť.

De sancto Cornelio summo pontifice. Cap. X.





Cornelij quoq; sũmi pontificis vigesimiscđi caput venerãdum ibidem etiaz seruať: cuius scripta fidei plena: teste sanctissimo Hieronymo: christianam religionem illustrant. Nam quia eruditissimus erat: multas scripsit epistolas catholica fide relucentes. De synodo romana: ad Fabium anthiocensis ecclesie episcopuz: de Italia: de Affrica: de synodi quoq; gestis: de Nouatiano heretico ac eiusdem socijs valde ꝓlixam ad eundem. Plura item statuit: que longum esset referre: ad apostolice sedis statum in sua dignitate recte conseruandum. Preterea Petri ⁊ Pauli corpora: precibus Lucine matrone sanctissime: e catacumbus leuauit: ⁊ vbi Rome martyrio sunt coronati: ibi ab eo celeberrimis basilicis sunt tumulati. Tandeз iussu Decij cesaris ab exilio reuocatus cum pluribus socijs: pastor ipse sanctissimus: obtruncato capite: in celum emisit spiritum.

De duobus sanctis Innocentibus. Cap. XI.



Uorum vero sanctoruz innocentū reliquie in altari maiori sunt in veneratione: qui pro Christo glorioso martyrio coronati: ex numero sunt centum quadragintaquattuor milia: quos beata Bethleem terra iuda eoruz mater in preciosum deo obtulit thesauruz. Et quoniam tāquam prime ecclesie gemme virginitatis angelico splendore radiantes minime cum mulieribus sunt coinquinati: merito modo in superna celesti arce regem celestem qui est corona virginuz semper secuntur. Eos itaqz perbeatos infantes crudelissimi Herodis imperio cruentis gladijs iugulatos: non dolentes at gaudentes magnis preconijs veneremur: suaqz festiui celebremus solēnia: quibus martyrij pena felicitas est eterna: impio autem herodi eterna erit gehēna in die nouissimo: Qñ tuba luctifica demittet ab ethere vocem: ad cuius luctuosum sonitum trepidabūt omnes: atqz cōtremiscent: ⁊ per iram dei iusticia totuz exterminabit ⁊ delebit orbem: in impietates ⁊ libidines ⁊ cupiditates versuz: Quādo sol obscurabitur: ⁊ luna non dabit lumen suum: Quando stellis creberrimis de celo cadentibus: tota ardebit terra vsqz in infernū: Quando peccatores ⁊ impij mittentur in abyssi stagnuz: Quando deniqz eorum cruciatus atqz tormenta ascendent in secula seculorū: vbi erit fletus ⁊ stridor dentium in eternum.

De Lymprando Longobardorum Rege conditore sancti Augustini. Cap. XII.





Ymprādus Rex omni Laude dignissim⁹: merito (Paulo hystorico referente) cuicūq; clarissimo Principi: rerum gestaruʒ magnificentia: virtute: laude: ⁊ gloria cōparari pōt. Hic cū miranda prestaret prudentia: ꝓbitate: iustitia: liberalitate: atq; clementia ab Asprando parente Rege etiaʒ superstite ad Regem gubernacula suscipitur. ⁊ quoniā giganteo corpore bellis strenue exercitato vigebat: nemo veteramus proprij etiā corporis certamine pugnatior habebatur: adeo ꝙ cum duo eiusdem robusti milites ipsum Regem interficere coniurassent: q̃ʒplurimum talis coniuratio in eius venit notitiam: mox Ticinuʒ armatus exiens: solus cum solis illis perfidis hostibus pariter armatis: ad siluam: locū sic vocitatum perueniens: euaginato mucrone corrusco inquit illis armatis: in me diris irruite armis: in me mortis perfidum adimplete votum. Tunc illi territi ad regios pedes precipites sese dederūt: veniamq; precantur: At Lymprandus flauiana clementia motus: illis indulsit. Hic namq; vnus omniuʒ inter optimos principes celebratur: qui cum Karolo martelo Francoruʒ Rege sibi compatre e Gallia sarracenos eiecit. Et in Hispania ad multam barbaroruʒ cedem pro extollenda fidei christiane sanctissima lege acerrime bellauit. qui primo sui regni anno alpes cotias ab Ariperto Rege beato Petro donatas confirmauit: ⁊ Anchonaʒ: Maruiā: Sabinaq; opida: ⁊ quicquid a Longobardis superioribus seculis occupatum fuerat: restituit: tempore Gregorij pape secūdi. Preterea adeo religionis amator erat: ꝙ nullibi vnq̃ʒ sine suo suffragio permiserit templa edificari. etiam intra suum palatium sacram construxit edē:

